





9893 DE  
PRIVILEGIORVM NATVRA 1787, 7a  
GENERATIM ET IN SPECIE 18

DE MODIS, QVIBVS FINIVNTVR VEL AMITTVNTVR

DISSERTATIO

QVAM

CONSENTIENTE INCLYTO JVRECONSULTORVM ORDINE

PRO

SVMMIS IN VTRQVE JVRE HONORIBVS.  
CAPESSENDIS

PUBLICO ERUDITORVM EXAMINI

DIE XVI. APRILIS MDCCCLXXXVII.

SUBMITTIT

JOH. GEORG. FRIDERICVS WASMVTH  
GVSTROA - MEGAPOLITANVS.

GOETTINGAE,  
TYPIS HENN. MART. GRAPE, ACAD. TYPOGR.



CAPUT I.

ARTICULUS DE PRIVILEGIIS GENERATIM. SIGLOM 30

- §. 1. Notio privilegii, ejusque differentiae ab aliis specialibus cōstitutionibus.
- §. 2. Privilegium vario respectu varias admittit divisiones,
- §. 3. Subjectum concedens privilegium est generatim Imperans, &
- a) Intuitu totius imperii Romani Germanici est imperator, qui nonnunquam ad consensum statuum in imperiendis privilegiis adstrictus est.
- §. 4. Imperatore mortuo & alia ratione gravi in regimine impedito viceari imperii privilegia indulgent.
- §. 5. b) Intuita territorii sine dubio quilibet princeps in suo districtu privilegia concedit, explanatur simul, quatenus Recessibus imperii privatis derogari permisum sit.
- §. 6. Quid sentendum de privilegio a futuro successore indulto, an & quatenus ipse ejusque successor promissis stare teneatur?
- §. 7. c) Magistratus civibus privilegia indulget ex concessione ab imperante facta, quaeritur simul, quatenus moratoria dare valeat.
- §. 8. Regima principis defuncta sunt facultate privilegia concedendi.
- §. 9. Privilegium non nisi subdito conceditur, quatenus extraneo id indulgeri potest, quoque explicatur.
- §. 10. Privilegio uni concessio non prohibetur princeps id & alteri concedere, nisi specialis interveniat ratio.
- §. 11. Privilegia ratione successionis, in debito realia habemus.
- §. 12. Interpretandi privilegia jus non principi tantum, sed & aliis competere demonstratur.
- §. 13. Interpretatio nec simpliciter late, nec stricte facienda est, sed ita, ut menti concedentis conveniens sit.
- §. 14. Cessionarius directa agens actione ut procurator ex persona cedentis utitur ejusdem privilegio, & ita in thesi juris.
- §. 15. Adducunt argumenta eorum, qui cessionarium procuratorio nomine agentem non uti cedentis privilegio contendunt, quorum refutatio simul proponitur.
- §. 16. Cessionarius in hypothesi non nisi sub certis conditionibus cedentis beneficio uti demonstratur, proponunturque regulae practicæ, ex quibus judicandum, quando cessionarius cedentis jure privilegiorum frui valeat.
- §. 17. Jus privilegii alteri locare non censetur prohibitum.
- §. 18. Remedia competency contra privilegia a principe in tertii præjudicium vergentia recensentur.
- §. 19. Remedia juris ad persequendum jus privilegii adversus tertium impeditem prostant fetioria & postfectoria; inquiritur quoque, an singula membra ob privilegium universitatibus concessum agere valent

\* \*

CAPUT

## CAPUT II.

### DE MODIS FINIENDI ET AMITTENDI PRIVILEGIA.

§. 20. A. Generatim de iis sermo est.

B. Speciatim. Exspirant nempe privilegia,

a) ex causis voluntariis, quae fundantur

a) in voluntate principis, & quidem

§. 21. a) antecedenter declarata per oppositam conditionem resolutivam, determinati adfectionem temporis; an privilegario intra id moriente residuum in heredes transeat, inquiritur.

§. 22. β. Subsequenter quod sit revocatione ex justa causa facta, qualis habetur.

1) abusus, quo tamen plerumque occasio omittendi privilegiorum continetur, & si etiam privationem actualem involvit, sententia tamē declaratoria praemittenda videtur.

2) Praejudicium Reipublicae imminentis.

§. 23. 3) Precaria concessio. Privilegia gratuita an precarii naturam induunt omnia explanatur.

b) In voluntate accipientis, quae renunciatione declaratur, ubi inquiritur.

§. 24. 1) An & quatenus juri suo renunciare licet.

§. 25. 2) An ad renunciationem juris privilegii ex non usu inducendam lapsus determinati temporis necessarius videatur, & an non privilegia pro rebus merae facultatis habenda sint,

§. 26. 3) quo tempore praescriptio privilegii procedat.

b) Ex causis necessariis, quae sunt

§. 27. 1) collatio, qua privilegia in tantum modo cessant, quando cursus & collatio privilegiorum vera adest dicantur, declaratur.

2) mors, & quidem

§. 28. a) in persona concedentis contingens nonnunquam privilegia tollit, an & precario data solvantur, negatur.

§. 29. Incidenter enucleatur quaestio an successorum privilegia antecessoris simpliciter revocandi facultate fruatur. Proponuntur simul argumenta pro & contra.

§. 30. Refutantur argumenta eorum, qui successorem privilegiis ab antecessore iudicatis haud ligatum propugnant.

§. 31. b) Mors in persona privilegiorum contingens, quae hac ratione tolluntur ostenditur.

§. 32. 3) Interitus rei totalis simul interitum juris ei adhaerentis necessario involvit.

§. 33. 4) Sublata qualitas, cujus intuitu privilegium impertitum fuit, ipso facto & privilegium tollit.

CAPUT I.



## CAPUT I.

DE

### NATURA PRIVILEGIORUM GENERATIM.

#### §. I.

Constitutionum, quibus principes vi imperii civilis determinant,  
quid fieri vel non fieri velint, eminens species est, quae *specia-*  
*lium nomine* venit. *Speciales Constitutiones* sua natura continent  
*exceptionem a lege communi*, quarum aliae a communi jure stricto ob-  
intervenientem aequitatem, aliae absque habito respectu ad jus stri-  
ctum constituuntur; illas vero beneficiorum nomine, has alio nomine  
insigniri non est ut moneamus. Veniunt autem posterioris generis  
censu privilegia, dispensationes, aggratiationes, mitigationes, nec non  
abolitiones: quorum omnium notiones & a se invicem & a natura pri-  
vilegii longe alienas subjungendas existimamus.

Privi-

a) Beneficium aliud est *generale*, aliud *speciale* prout vel singulis in  
certis causis, quo pertinent beneficia ordinis, divisionis cet, vel

A

certo

Privilegium b) est specialis constitutio principis, qua intuitu certi individui sit exceptio a jure communi quoad actus futuros ejusdem generis. Caeterarum specialium constitutionum differentiam ab ipso privilegio exhibent earum notiones. Dispensatio continet exceptionem a lege quoad determinatum actum futurum. Quo simul patet, in simili actu novam dispensationem esse & petendam & impo-

tran-

certo personarum generi tributum est, e. gr. beneficium SCti Vel-  
lejani, Macedonianiani cet.

b) Originem vocis privilegii in eo ponunt, quod privilegium fuerit lex de privo i. e. privato rogata. Quam egregie exposuit b. GEBAVE-  
RVS Singular. de privilegiis §. I. & II. Volum. I. exercitat, academic.  
num. XI.

Vocabula, quies privilegia exprimuntur, varia sunt: Idiomate Germanico vocantur privilegia *Vortheil*, *Freiheiten*, *Gnadenbrief*, *Handfeste*. Graecis περιοχή, vel περιόπιον: Hebraicis Perah vel Perahot, quod significat libertates, privilegia, privationes a verbo *Parah*, quod est privare, eximere, liberum facere. Unde, inquit ENENCKELIVS BARO HOHENNECCIVS tract. de privilegiis iuris civilis lib. I. cap. I. num. 14. est orta vox Parha, olim cognomentum regum Aegypti, proprio Baronem, hominem liberum, privilegiatum, exemptumque a iure communi, notans. Nonnunquam & ipsum instrumentum privilegii abusive privilegii nomine venire iam olim observavit Abbas Siculus in cap. contingit 5. X. de fide instrum. Varia in uno eodemque instrumento privilegia contineri posse, qui dubitet, sane est nemo. Exemplis inserviunt instrumenta ab Friderico I. & II. nec non Carolo V. imperatoribus Romanis emanata, quibus Austriae principes variis specialibus iuribus fuerunt condonati,

43

trandum. Aggratiatio poenam promeritam in totum, pro parte  
tantum remittit mitigatio: processus criminalis deletionem involvit  
abolitio. c)

§. II.

Privilegia, vario respectu considerata, variis sunt obnoxia  
partitionibus: quarum HAHNIO d) septem cummunicare placuit. Po-  
tiores autem heic, ea, qua par est, methodo proponere, Bene-  
volo Lectori, confidimus, rem haud ingratam fore. Repetimus  
privilegiorum partitiones: I. a subiecto inhaesione i. e. cui immedia-  
te consiliuntur, cuius intuitu sunt 1) vel *realia* vel *personalia*, prout  
aut rebus aut personis a principe tribuantur: 2) *generalia* aut *in specie*  
*scilicet dicta*: illa certo causarum vel personarum generi, quorum censu  
v. g. habentur privilegia studiosorum, e) Professorum, f) clericorum, g);

A 2 haec

- c) BERGERVS oeconom. iur. lib. III. tit. 15. thes. 16.
- d) Observat. theoret. pract. ad WESENBEC. lib. I. tit. 4. num. II.
- e) Opima studiosorum privilegia, quorum numero & hoc est, ut, qui  
studiosum iniuria afficit, ipso iure infamiam incurrit, Constitutioni  
imperatoris Friderici, quae in Codice Corporis juris lib. IV. tit. 13.  
verbis initialibus *habita quidem* inventur, originem suam debent;  
de quibus commentarii sunt OLDENDORPIVS tractat. de iure singulare  
cap. 10. REEVFFVS de privilegiis Scholasticorum lib. III. HORATIVS  
LVTIVS tractat. de privileg. Scholasticorum. Hic studiosorum pri-  
vilegia 100, ille 180 enumerat, quorum hodie numerus sane exi-  
guus haberetur, si eum accurate definire licet.
- f) L. 6. Cod. de professor. & medic.
- g) Gaudent clerici v. c. privilegio fori, cui ne singulis quidem iure  
canon-

haec certis individuis conceduntur. h) Individua privilegiata possunt esse tam res quam personae & quidem vel physice vel moraliter tales i) ut civitas, collegium opificum. Plures personae sub uno nomine collectivo comprehensae sensu iuris pro uno individuo habentur. k)

Rescipientes II. ad ipsum concessionis titulum, devenimus in privilegiorum partitionem in *conventionalia eaque gratuita vel onerosa, testamentaria & praescriptione* adquisita, prout eorum adquisitio sufficientem rationem in conventione, testamento aut praescriptione immemoriali l) fundatam habet.

#### Habito

canonico renunciare licet cap. 12. & 18. X. de foro competente. Plura alia privilegia aliunde iam nota recensere supercedemus.

h) Legibus 12 tabularum privilegiorum in specie talium irrogatio videtur fuisse prohibita, cum cautum reperimus: ne *privilegia irrogantia*, cuius loci Cicero ipse non una vice mentionem facit. Ut brevibus dicamus, quid de hoc loco sentimus, putamus, cum omnes in statu populari aequali vivant iure, eius vim confidere in servanda inter cives aequalitate; ut neque quis iure praecipuo prae aliis eminent, neque quis populi irritati odio opprimatur. Criticorum varias ad hunc locum sententias copiose colligit & refutavit GEBÄVERVS elegant. exercit. academ. de privilegiis §. 6. 7. 8. 9. 10.

i) L. 3. Cod. de iure reipubl. L. 4. §. 3. ff. de censib. j. L. 76. ff. de iud.

k) L. 22. ff. de fideiussor. & mandator. L. 1. Cod. de decur. urb. Rom.

l) Arg. L. 3. §. 4. ff. de aqua quotidiana. L. 1. §. fin. L. 2. §. 3. ff. de aqu. & aqu. pluv. arc. act. Cap. 26. X. de verbor. significat. Reces. imper. de 1548. §. 54. quo constitutum legimus: Und soll unser Kayserlich Cammergericht nicht allein in Sachen, ob ein Stand billig oder

Habito III. Respectu ad ipsum finem, in quem conceduntur, alia sunt *favorabili* alia *odiosa*: prioris generis conditionem subiecti privilegiati meliorem, posterioris vero eam reddunt deteriorem, quo resero omnes personales constitutiones, quies alicui gravior poena propter speciales circumstantias imponitur. Quarum exemplis & ipsam iuris Romani historiam, & varia Pandectarum loca m) esse reserta, qui ignorabit, artis peritorum est nemo. Nec ignari fumus Legis Corneliae de Cajo mario: nec legis Callidiae de revocatione Q.

A 3

Metelli:

oder unbillig ausgezogen sey, sondern auch ob einer des Reichs Anschlæg befriet, darwieder, wie in solchen Fällen Recht ist, praescribit — nach Ausweisung gemeiner Rechte zu erkennen und endlich zu sprechen haben. §. 56. Eiusdem Recessus scriptum est: oder im Fall, dass ein ausgezogener oder ausziehender Stand ausführen wolt, dass er der Reichs-Anschlæg und Hülf halben — privilegiat sey, oder wieder die Reichs-Anschlæg und Hülf legitime praescribiret habe, zu folcher Weifung — soll ein jeder — auch vor der Litiscontestation gelassen und darauf erkannt werden. SENCKENBERG Sammlung der Reichs - Abschiede Theil II. pag. 537. & 38. — Quamquam iura communia circa privilegii acquisitionem mediante praescriptione immemoriali perficiendam perspicue disponant, Viros tamen e parte adversa offendimus eosque gravissimos, nec ullam privilegii acquisitionem per praescriptionem comparandam agnoscentes, THOMASIVM Dissertat. de praescriptione regalium ad iura subditorum non pertinente: nec non BEYERVM delineat: iuris Germanici lib. II. cap. 38. seq. aliquosque, quos Vir acutissimus Coccejvs iure controverso lib. 50. tit. 6. Quaest. 2. allegavit, & ea, qua par est, modestia, optimis refutavit argumentis.  
m) L. 5. de captiv. & postlim. revers. L. ult. de legationibus.

Metelli: nec Legis Maniliae de imperio Cn. Pompeii Magni n). Nec nos fugit famosum exemplum de Umbricia Matrona, quam Hadrianus in quinquennium relegavit, quod ex levissimis causis ancillas atrocissime tractasset. o)

Praeterea IV. haud incongrue dividì possunt privilegia in *simplicia s. absoluta*, quae alteri conceduntur, nullo ad aliud privilegium ius concessum habito respectu & in *privilegia referentia s. ad instar*, quae conceduntur, respectu ad aliud privilegium habito; quem in modum Academiae Iuliae concessa sunt privilegia ad instar Bononiensis, Academiae Rostochiensis ad instar Lipsiensis. Quum referens saepe numero absque relato inspecto dubium maneat, productionem simplicis privilegii privilegio ad instar lucem assundere in aprico est. Effectus hujus divisionis practicus in eo consistit: tum quod privilegium ad instar interpretationem capiat ex privilegio simplici: tum quod privilegio adiuncto ante concessionem privilegii ad instar, hoc etiam censeatur auctum, non vero si adaugeatur privilegium simplex post huius concessionem, p) quia beneficia principis sunt late interpretanda, ita tamen, ne ad non cogitata extendantur, ne excedatur concedentis voluntas.

Denique

n) GELL. Noct. Attic. lib. XX. cap. XX. GEBÄVERVS citat, exercitat.

§. VI. RITTERSHVSI Dodecadeltos claff. II. cap. II. num. 2.

o) L. 2. ff. de his, qui sui vel alieni iuris &c.

p) HAHN ad WESENBEC. lib. I. tit. 4. num. II. KLEIN annotat. in SCHOEPFFERI Synopis iuris privati lib. I. tit. 4. ad verba *expirat vero privilegium.*

7

Denique V. privilegia dividi solent a forma in ea, quae princeps motu proprio seu ex mero arbitrio, voluntate ac liberalitate, (aus eigner Bewegniß) & in ea, quae ad petitionem & instantiam alicuius ut principalem causam concedit. Accidit nonnunquam, ut, quamquam petitio privilegii interveniat, alia tamen eaque adaequata causa finalis vel ratio concedendi in eo contineatur: quo casu pro privilegio ex mera principis gratia dato praesumtio militare videtur. Nec unus idemque utriusque effectus sese exserit; Quod enim ad petitionem qua causam principalem indulatum est, discrepat a priori, quod 1) non sit tam voluntarium ac liberale: 2) possit retorqueri in privilegiatum, 3) opposita exceptione sub- & obreptionis tolli queat. q)

### §. III.

Exceptiones a iure communi quum privilegia constituant, easque non nisi is, cui est potestas legatoria, facere possit, prono veluti alveo sequitur, largitorem privilegii imperio civili condecoratum esse oportere. Ita quidem generatim sentiendum est. Ad praesentem imperii Romano - Germanici statum respicientes, ex legibus fundamentalibus, ac ipsa imperatorum capitulatione cognoscimus, aliquam quoad regimen imperii universale servari differentiam. Iuxta formulam imperii Germanici non quidem exigua rerum gerendarum pars a voluntate imperatoris pendet. Praecipua tamen maiestatis iura

non

q) Arg. Cap. fin. de rescript. in 6. *Feliz SANDAE* in cap. caeterum 3. X. de rescriptis num. 9. HAHN ad WESENBEC. cit. loc. MENCKEN Syntagma iuris civilis lib. I, tit. IV, §. 10.

non exercet, nisi ex consensu ordinum imperii comitiali. Ita inter alia, quod huius in primis loci est, leges, totum imperium concorrentes, solus ferre haud potest, nec interpretari easdem authentice; sed opus est, ut statum imperii consensus in hoc & aliis maioris momenti negotiis publicis concurrat. <sup>r)</sup>

Licet autem leges universales condere haud valeat imperator, nihilominus vi reservati gaudet potestate impetrandi diversa privilegia, & conferendi dignitates personales in imperio, idque extra comitia, inconsultis imperii statibus, prout ipsa experientia luculenter testatur <sup>s)</sup>, modo talia privilegia non tendant in imperii detrimentum, nec ad iura statibus cum imperatore communia, maxime in comitiis imperii peragenda pertineant. Curare enim debet imperator, ut ejusmodi privilegia dignitatis non nisi bene meritis conferantur, & ne per concessam v. c. novam dignitatem aliis statibus emergat praedi- cium <sup>t,</sup>

<sup>r)</sup> J. P. O. Artic. VIII. §. 2. Gaudeant sine contradictione iure suffragii in omnibus deliberationibus super negotiis imperii, praesertim ubi leges ferenda vel interpretandae capitul. (1665. & 1711.) art. 2. §. 5. vielweniger neue Ordnungen und Gesetze im Reiche machen &c. — sondern mit gesampter Stände Rath und Vergleichung auf Reichstægen damit verfahren, zuvor aber darinn nichts verfügen, noch ergeben lassen (add. 1742. als welches solchenfalls ungültig und unverbindlich seyn soll.)

<sup>s)</sup> STRYCK in Us. mod. ad tit. Digest. de constitut. princip. §. 8. & 9. Vir illustris PÜTTERVS Compend. iuris publ. §. 231. n. II.

9

cium t), aut aliorum statuum iuri territoriali, sub quo principes, co-  
mitesve eiusmodi noviter creati bona sua possident, derogetur v).  
Immo quoad privilegia de non appellando, monopolia, & exemptiones  
per capitulationes noviores provisum, & imperatoris potestas re-  
stricta est, ne amplius ab eo concedantur w) Excipiuntur quoque  
privilegia universum imperii statum concernentia, qualia v. g. sunt  
erigendi, augendi vel prorogandi vestigialis, cedulae monetae,  
fruendi voto & Sessione in imperii comitiis, quorum concessio specia-  
libus functionibus circumscripta est. x)

Cete-

t) Capitul. Joseph. artic. 43. Carol. VII. art. 22. BECKMANN Differt, de  
iure dignitates conferendi in imper. Roman. German.

v) Capit. Joseph. Art. 45. Carol. VII. art. 22.

w) Capit. Joseph. Art. 44. Carol. VII. art. 18. §. 6. 7. ib. In Ertheil-  
lung aber der jetztgemeldten privilegiorum de non appellando, non  
evocando, electionis fori und dergleichen, welche zur Ausschließ-  
ung und Beschränkung des H. Reichs Jurisdicition oder der Ständen  
älteren Privilegien, oder sonstens zum Präjudiz eines Tertiū aus-  
finnen können, sollen und wollen wir die Nothdurft väterlich be-  
obachten, und nach Innhalt des Reichsabschieds de a. 1654. mit Con-  
cession der Privilegien erster Instanz, oder sonderbarer Austräge auf  
diejenige, welche bishero dieselbige nicht gehabt, oder hergebracht,  
forderst an uns halten. — Sed hic passus, quoad privilegia de  
non appellando, electionis fori, teste MOSERO usu practico desitu-  
tur, quum contrarium consuetudine, tacita principum voluntate ap-  
probata, invaluerit. MOSERYS Compend. iur. publ. lib. III. cap. VI.  
§. 17. von GUNDERODE Abhandlung des Teutschen Staatsrechts  
Buch III. cap. VII. §. 59.

x) Capitul. Joseph. art. 20. 33. 43. Carol. VII. art. 8. 9. 18. & 22,

B

Ceterum sicuti in quibusdam causis imperatori Rom. Germ. ius competit privilegia, per universam imperium valitura, conferendi: ita penes eundem est, circa eiusmodi privilegia a se legitime concessa fines terminosque constitueri eosque dirigere.<sup>y)</sup>

#### §. IV.

Vacante imperio certos imperii principes lege fundamentali perpetua designatos, qui imperii vicariorum Reichsverweser nomine veniunt, sumiam rerum gerendarum in se recipere earumque habere curam publice constat. z)

Quod sublime negotium licet proprio nomine peragere videantur, Cancellos tamen huius vicarii regiminis, lege fundamentali praescriptos, citra injuriam imperii ordinum egredi nequeunt. Quae itaque iura in Aurea Bulla, ex qua tamquam ex fonte potestas vicaria emanat, nec ulla ratione, neque expresse, neque tacite fundata intel.

y) GAERTNERI Diff. de imperatore reservatorum suorum iudice & executori.

z) AUR. BULL. cap. V. §. 1. recensentur quaedam iura vicariorum, quae, caye, credas, taxative numerata esse, quum ea ex moribus antiquis & novioribus observantiis aestimanda esse videantur. Capitulat. de 1742. art. 3. §. 15. Gleichergestalt wollen wir die Vicarien des Reichs bey ihren Rechten der Verwaltung des Reichs, sowohl nach Absterben eines Röm. Kaysers oder Königs, als auch bey dessen langwieriger Abwesenheit außer Reichs, oder wenn derselbe das Regiment selbst zu führen durch andere Umstände gehindert werden sollte, unbeinträchtlich bleiben lassen. Illust. PÜTTER Instit. juris publ. §. 484. edit. de anno 1777.

intelliguntur, extra huius regiminis Sphaeram esse, nemo est, qui dubitat. Quamquam de reservatis caesareis, an & quatenus eorum exercitium sub manu serenissimorum imperii principum vicariorum comprehendatur, vix mentionem faciat Aurea Bulla, observantia tamen & consuetudine, optima interprete, omnis potestas vicaria, ni unum alterumve ius excepferis, ea est, quae & ipsius imperatoris, \*) eademque exercenda forma: i. e. quae imperator citra statuum imperii consensum perficere haud poterat, nec vicariis absque adhibito eorum consensu permitti fas est. a)

Itaque nec difficilis est responsio danda ad quaestione, vicarii imperii gaudeant ne potestate impertiendi privilegia? Qui enim prostat cumulus privilegiorum, acquiescentibus imperii proceribus, a vicariis concessionum, noviterque electo ab imperatore approbatorum, testimonium pro hac privilegiorum dandorum afferenda facultate perhibent luculentissimum, quorumque censu nonnulla, assertae theseos magis illustranda gratia, depromere, hocque loco proponere haud abs re esse existimamus. Itaque constat, post imperatoris Rudolphi Obi, tum a palatino cuidam non incelebri typographo francofurtensi litteras quinqueinales indultas suisse; b) nec non Rintelensem acade-

B 2

miam

\*) Optime de iuribus vicariorum commentati sunt Griebnerus Diss. de iuribus vicariorum imperii, & Balthasar lib. Bar, a. WERNHER Observat. select. Tom. I. Part. III. Observat. 96.

a) MOSER compend. iur. publ. lib. III. cap. XIII. §. 12.

b) ULRIC. HUNNIUS Dissert. de morat. dilat. Giesiae 1620. §. 8. in fin.

WERNHER alleg. obs. num. 374.

miam privilegia sua primum a palatino imperii vicario an. 1619. accepisse confirmata, c) nec ignotum est privilegium impressorum Diarium electionis & coronationis solennitatem concernens a palatino concessum. d) Praeterea anno 1711. Octobris 29. heredibus Lanckii privilegium impressorum ad viginti annos in concordantias biblias Germanico - Hebraico Graecas ab Electore M. Friderico datum suisse refert vir immortalis Joh. Jacob Moserus. e)

§. V.

Status imperii ex iure supremae territorialis potestatis, capulationibus f) & Pace Westphalica g) confirmatae, sicuti leges universales in suis regionibus ferunt, quae passim typis extant publicatae constitutiones & vocantur *provinciales*, ita privilegia quoque concedendi & eorumdem fines declarandi atque determinandi muniti sunt potestate. Modum vero ipsum quod attinet, res eo redire videtur, utrum superioritas territorialis absoluta, an ad consensum statuum provincialium in ferenda lege, *horum iura* concernente, restricta sit: posteriori casu in privilegio impertiendo non minus statuum provincialium consensum habemus necessarum. Nonnunquam vel sermo est de

c) Tabulas exhibent WINCKELMANN chron. Haff. Part. IV. cap. VII. pag. 461. & LUNIG P. spec. Continuat. II. p. 934.

d) JACOB MOSER Nachlese zum Compend. iur. publ. pag. 208,

e) MOSER allegat. Nachlese.

f) Capitul. (1519) art. I. §. 2.

g) Instrum. Pac. Osn. art. 8. §. 1.

de privilegiis contra imperii leges indulgendi: quae si legibus universitibus vel statum imperii publicum, qualis v. c. ex dispositione Instrumenti Pacis descendit h), vel iura & obligationes privatorum ea ratione determinantibus, ut omnes imperii ordines iisdem teneantur, ut v. c. est conclusum imperii de 1731, aperte refragentur, omni carere effectu nemo sane est qui, haud intelligat. Ceterum in dubium vocata est quaestio, an principi territoriali liceat contra ius commune privatum Recessibus imperii fundatum ordinationem provincialem condere? quam alii negant, i) alii affirmant, k) alii adhibita distinctione id quidem principi negant, l) quoad agitur de lege imperii privata, quae interesse commune concernit, eo vero non interveniente, vindicandam esse principi existimant potestatem recedendi ab ejusmodi Recessibus privatis, cum conditiones locorum & hominum in singulis territoriis non semper eadem sunt. nostram si liceat proponere sententiam, thesin ab hypothesi secernendam existimamus, siquidem in thesi principi potestatem mutandi legem impe-

B 3

iii

h) Instrum. P. O. art. 17. §. 3. Instrum. P. M. §. 113.

i) MYLER ab EHRENBACH de principibus & statibus imperii cap. 39. §. 5.

k) HERT. de superior. territor. §. 25. in Tom. II. Opuscul. Volum. I.

l) SPENERS Teutschес ius publ. Buch I. cap. IX. §. 12. not. d. THOMAS. de potestate statuum imperii legislatoria contra ius commune & in Not. ad MONZAMB. cap. V. §. 13. COCCEI iure publ. cap. XXIII.

§. 4. H. BOEHMER de finibus privilegii regundis cap. II. §. 4. Tom. I. exercitat. XIV.

rii privatam absolute obligatoriam in dubio admittam censemus. m)  
 Convenit omnino optimae Republicae, uniformes leges in universo  
 imperio & singulis regimini bus vigere. Deinde status imperii, ut  
 singuli considerati, nexus imperii civilis obstringuntur placitisque impe-  
 ri. Ex ipsa denique clausula, *salvo iure territoriali*, nonnullis Recessi-  
 bus annexa omnino colligere licet, ea omissa, statum imperii pot-  
 estati legislatoria, quoad causas per leges imperii determinatas, re-  
 nunciasse, & sanctioni totius imperii se conformare voluisse. Quod si  
 cuiusdam territorii conditio, cuius rationem principem habere oportet,  
 exigere videatur, ne ferenda lex in eo vim obtineat, eidem salvum est  
 ius protestandi, quo passim principes usos esse legimus; quo neglecto  
 simpliciter legem agnoscunt. Ex hypothesi vero si quaestione propositam  
 aestimamus, observantia & consuetudine introductum vi-  
 detur, contra ius commune privatum imperii ordines in suis territo-  
 riis ordinationes facere, prout e re provinciarum suarum esse videtur,  
 siquidem nulla pene extat lex imperii privata, a qua in hac vel illa  
 provincia non pro parte mutatio aliqua facta, aut in alia parte haud  
 recepta est.

### §. VI.

Privilegia, quae statim vigorem habeant, non nisi is, qui  
 actu superioritate territoriali gaudet, concedere potest. Nec tamen  
 impedimento esse putamus, quominus successor in regno vel princi-  
 patu

m) Illustr. PÜTTERVS institut. iuris publ. lib. VI, cap. III, §. 225. edit.  
 de 1776.

pato privilegia indulget, quae, et si tamdiu, quamdiu ad regimen nondum adspiravit, vim suam non exserant, tunc tamen, cum regimen adipiscitur, valere, ipsumque non solum concedentem sed & successores eius obligare incipient. Et si enim heres iste filius familiæ sit, is tamen, si hoc patri non noceat, promittere potest, & ut promissioni, simulac eam potestatem nanciscitur, satisfaciat, obligatur, Subest enim hic aliqua exspectativa concessio, cuius vim ius naturæ & publicum agnoscit. n) Responsum J. Ctorum Helmstediensium exhibet LEYSERUS, o) quod cum hanc thesin illustrat, hic quoque proponere non dubitavimus. „Haben Churf. Durchlaucht glorwürdigsten Andenkens zu der Zeit, da Sie noch Churprinz gewesen, das Guth H. gegen Bezahlung 1600 Rthl. von allen Landes-Beschwerden befreiet: Nachdem aber Dieselbe verstorben, weigern sich jetztige Churf. Durchlaucht das von Dero Herrn Vater ertheilte Privilegium zu erneuern, und wollen von besagtem Guthe nicht allein in Zukunft, sondern auch von verwichenen Zeiten, die Gefälle bezahlt haben. Entsteht also die Frage, ob angeführtes Privilegium an noch bestehe, und von ietzo Churf. Durchlaucht zu erneuern sey. Wiewohl nun der Concedente zu selbiger Zeit *iura superioritatis territorialis* nicht gehabt, sondern nur Churprintz gewesen, also eigentlich keine Privilegia, welche die Successores im Churfürstenthum verbinden, ertheilen können; alldieweil aber aus dem Inhalte des

Privi-

n) GROT. de Jure Belli & Pacis lib. II. cap. V. §. 3.

o) Meditat. ad Pandect. Specim. X. medit. X.

Privilegii deutlich erscheinet, daß der damalige Churprinz solches Privilegium nicht allein auf die Zeit, da er Churprinz seyn würde, sondern in perpetuum ertheilen, also seine Nachfolger in der Landes - Regierung gleichfalls verbinden wollen, gestalt er dann nicht allein seine Nachkommen ausdrücklich nennet, sondern auch nachgehendes, da das Churfürstenthum auf ihn gekommen, besagtes Privilegium dadurch, daß er den Implorantem bey dem Genuss der gegebenen Freyheit gelassen, stillschweigend erneuert, folglich ietzige Churf. Durchlaucht, als Erbe und Successor darüber zu halten sich nicht wohl entbrechen können, da zumahl in vielerwehntem Privilegio nicht sowol ein schlechtes Beneficium, als vielmehr ein contractus onerosus, der sich allemahl auf die Erben erstreckt, enthalten ist, wie denn der Concedent das Guth bei solcher Freyheit zu vertreten, zu gewehren und zu schützen verspricht; So halten wir daffür, das die dem Guth H. ertheilte Freiheit annoch bestehet, und von ietzigem Churf. Durchlaucht zu erneuren sey.)

#### §. VII.

Ex eo, quod fons privilegiorum sit imperium civile, manifesto colligitur, Magistratui, cui tantum ius dicendi, secundum leges relictum est, non competere facultatem proprio nomine privilegia concedendi. p) Nisi forsitan imperantis non adeo intersit, & magistratus, per modum conventionis cum' civibus initae, aliquem ex subdi-

p) Illustr. PÜTTERYS Institut. iur. publ. lib. VI. c. IV. §. 231.

subditis ab omnibus eximere, & onera eiusdem, ratione reipublicae ferenda, subire paratus sit. Praeterea, quemadmodum quandoque magistratui subalterno ius statuendi competit, ita quoque eidem certas personas, posita tamen iusta causa, ab obligatione statuti eximendi ins haud denegandum. q) Nilil enim a munere suo alienum magistratus hic facit, sed illud ipsum, quod in iure statuendi iam tum comprehensum est. Nonnunquam accidit, ut speciali concessione autoritas magistratui detur, in causis non adeo gravibus privilegia concedendi v.g. veniam aetatis, legitimandi liberos illegitime natos.

Quaestio hoc loco moveri solet, Magistratus an gaudeat potestate debitori obacerato moratorium indulgendi? Quam alii affirmant, alii negant. Dicimen faciendum est inter moratorium *abolutum & proprie sic dictum*, quo creditores omnes intuitu communis debitoris ligentur & inter *repetitum*, quo debitori contra unum alterumve certum creditorem induciae indulgeantur: prius pendet a iure imperii civilis, ordinationibusque imperii politicis magistratui denegatur; r) posterius vero tam iure communi eoque Romano

s)

q) H. BOEHMERVS exercit. cit. cap. II. §. IV.

r) Ordinat. Polit. imper. de anno 1548. tit. XXII. von verdorbenen Kaufleuten §. 2. & de anno 1577. tit. XXIII. §. 4. — solos immediatos a Caesare hodie debere petere privilegia, quin & ratione mediatorum *principum moratoria* adversus quemcunque creditorem valeant, ceu optimo iure defendit PÜTTERVS cit. Institut. iur. publ. lib. VIII. cap. IV. §. 364.

C

s) & Germanico, t) quam ordinationibus politicis provincialibus v) ad iurisdictionis causam pertinet. Praecipua scilicet, inquit LEYSERUS w) officii iudicis pars est, ius strictum aequitate temperare, &, quoties iusta ipsi causa videtur, miseris succurrere. Poterit itaque obaerato debitori, si appareat eum sine dolo aut negligentia in eum statum devenisse, ut, si confessim ad solutionem adigeretur, miserrimus futurus esset, subvenire & decernere, ut creditor exactionem debiti per aliquod tempus differat, vel etiam solutionem particulatim desinitis temporibus accipiat.

Discrimina utriusque moratorii absoluti videlicet & respectivi in eo se se exserunt, quod pruis sit generale & debitorem contra quemcunque creditorem tueatur, posterius vero illi saltem in ea causa, in qua tributum est, prosit, aliis vero creditoribus non noceat. x) Deinde posterius a iudice non nisi ex iusta causa debtoribus folio

s) L. 45. §. 10. ff. de iure fisci. L. 33. de usuris. L. 21. ff. de iudiciis. L. 21. ff. de rebus creditis. Ib. existimaverant quidam &c.

t) Receff. imper. de anno 1654. §. 172.

v) Ordinat. Polit. Ducat. Magdeburg. cap. 49. §. 11. Obgleich zur Annehmung der Particular-Solution regulariter wider Willen niemand anzunöthigen, so soll doch der Richter, befundenen Umständen nach, und, da er des Schuldners Untergang vor Augen siehet, wenn er in einer Summe bezahlen sollte, den Gläubiger durch beweglicher Zureden zur Annehmung der Particular-Zahlung anweisen.

w) Meditat. ad ff. Specim. XII. Medit. IV.

x) Tit. Cod. inter alios acta vel indicata aliis non nocere.

lo fortunae vitio lapsis dari potest; at principis in dandis rescriptis moratoriis maior potestas est, ut ea etiam ex mera gratia debitoribus culpa nonnunquam sua obaeratis tribuere possit. Denique induciarum a iudice concessarum breve tempus esse debet, quemadmodum Icti ipsi Romani praecipiunt: y) Sed rescripta principis debitoribus saepe moram aliquot annorum indulgent, neque ut FABER z) autumat, ad quinquennium sunt alligata. Prostant enim exempla, quae docent, Rescripta quandoque comprehendere tempus octo, decem anno & plurimum annorum, quod laud mirandum, quum temporis determinatio a iusto principis arbitrio pendeat.

### §. VIII.

Regimen principis licet rerum publicarum nomine principis curam habeat, tantum tamen abest, ut legislatoria potestate fruatur, ut potius causam, hac potestate definiendam, non nisi principi suo proponere liceat, ut perpenitus rationibus de eadem statuat. Ex quo facile intelligitur, eundem modum in privilegiis, cuius consequendi causa regimen a supplicante aditur, observandum esse. Accidit vero nonnunquam, ut ex speciali causa princeps diversorum territoriorum Gubernator regimini unius alteriusve potestatem privilegia concedendi impertiatur, quo casu res redit ad limites concessionis, intra quos regimini potestas privilegia impertiendi data sit.

### C 2

### §. IX.

y) L. 21. ff. de iudiciis. L. 45. §. 10. de iure fisci.

z) FABER ad Cod. Sabaud. lib. I. tit. 9. definit. 17.

## §. IX.

Ex natura privilegii, quo exceptio a iure communi statuitur colligere licet, id non nisi ei, qui iure communi obstringitur, concedi posse. Nihil, meo iudicio, refert, qua ratione quis sit certae legi communi obnoxius, an positive aut negative, an absolute aut hypothetice. Mirandum itaque non est, extraeo, non subdit, privilegia subinde indulta esse: quum & hic legibus alterius reipublicae vel negative v. c. ut ne certum rerum venalium genus in provinciam, eo genere forte ianiam abundantem, sub poena confiscationis importare audeat, vel positive & hypothetice, ut de rebus in alienum territorium importatis vestigal quoddam solvat. Nihil hisce casibus obstat videtur, quo minus *privilegio* extraeo cuidam vel importatio rerum prohibitarum permittatur vel *vestigalis* solutio ratione certi rerum venalium generis in totum aut pro parte remittatur, a) quod & iuri gentium practico conveniens est.

## §. X.

Privilegium alteri concessum an impedit, quominus princeps tertio simile privilegium indulgere valeat, est quaestio, de qua Doctores varie sentire videmus. Alii ut LEYSERUS b) nec non SENCKENBERG c) negant simpliciter, privilegio ineſſe monopolium;

ESTOR

a) ZIEGE de iure maiestat. lib. I. cap. 28. §. 26.

b) Meditat. ad Pandect. specim. X. medit. 4. &amp; 6.

c) De feudis Brunsuicenf. pag. 9.

ESTOR d) distinctione proposita, iis, quae per modum investiturae conceduntur, ius prohibendi inesse existimat, non vero aliis alio modo indulxit. Nobis vero neutrum placet. Consentimus quidem LEYSERO in eo, quod privilegium in dubio tamquam monopolium haud considerandum sit, sed considerandas esse, putamus, rei circumstantias, ex quibus voluntatem principis, quod privilegio scilicet inesse cupiat, ius prohibendi, colligere licet. Nulla enim ratione prohibetur princeps privilegium per modum monopolii iusta causa suadente indulgere: quod cum certum quamque certissimum sit, non videmus, quid intersit, utrum de principis voluntate directa, an indirecta constet. Indirectam principis voluntatem, arbitramur, adesse, tum si privilegium magno aere aut gravi onere annuae pensionis comparatum est, adeo, ut alio simili privilegio non lucrum tantum interverteretur, verum & damno positivo primus privilegiatus afficeretur; e) tum si ipsa regionis observantia ita fert: cui simile est argumentum, quod ex ipsa objecti natura deponimus, si videlicet concessione plurium privilegiorum prius prorsus inutile redderetur. f) Si Nobili in eo-

C 3

dem

d) Diff. de abuso rerum mereae facultatis cap. 3. §. 87. & 88.

e) LEYSERV Spec. cit. med. 6. semper requirit expressam principis declarationem, hacque ductus opinione censet, privilegium caputnam in civitate excercendi sub gravi onere solvendae annuae pensionis concessionem haud ligare principem, quominus simile & concivit indulgere possit. Sed utecumque ingeniosa LEYSERI sententia sit, habita tamen propositarum circumstantiarum ratione vix conciliari potest cum iure perfecto privilegiati.

f) Capitulat. CAROL. VII. art. VIII. §. 4. & 5.

dein pago, in quo ipsi indulta est iurisdictio, haec alteri postea eadem ratione indulgeretur, non maximis solum litibus & rixis implicaretur, sed & ipsa infringeretur & inutilis redderetur.

§. XI.

Au privilegia personis concessa in dubio realia sint hoc sensu, ut ad heredes transmittantur, non adeo expeditum & a dissen-  
su interpretum liberum est. Non dubitamus eorum sequi castra,  
qui pro tuenda affirmativa sententia pugnant, licet argumenta, qui-  
bus nituntur, non omnia rei sufficient, quorum censu praecipuum  
est, quod privilegia late debeat interpretari; quod tamen, ut infra  
exponemus, non generaliter verum est. Unicum argumentum id-  
que fortissimum agnoscimus, quod in dubio quilibet pro se suisque  
heredibus pacitus praesumatur. g) Quum privilegium a principe per  
actum inter viros concessum a parte adquirentis semper ius conven-  
tionealē constitut, paciumque in dubio reale esse censeatur, nihil sa-  
ne obstat videtur, quominus privilegium in dubio reale habeamus.  
Excipliunt h) quidem ab hac regula casus sequentes: 1) Si res, quae  
alteri conceditur per privilegium, sua natura ad heredes transire ne-  
queat: 2) Si electa sit personae industria. 3) Si privilegium concessum  
sit generi vel posteris: tunc enim finitur extindis masculis, et si fe-

mina

g) L. 7. §. 8. ff. de pacitis. L. 13. Cod. de contrah. stipulat.

h) de Cocceji iur. controv. lib. I. tit. IV. Quest. IV. GAIL lib. II. ob-  
servat. II. num. 16-18.

minae supersint, quia familiae concessum videtur; secus si concedatur descendantibus. Sed eodem tres casus tamquam veras exceptiones haud agnoscimus, quoniam sub regula non continentur. Regula, *in dubio censeri privilegia realia*, excludit omnes casus, queis de principiis voluntate directe vel indirecte constat, eam non ultra personam privilegiatam extendendam esse. Constat autem, in propositionis exceptionibus principem non voluisse, ut tenor privilegii ultra verba extendatur.

### §. XII.

Non raro accidit, ut privilegium, ex hac vel illa parte consideratum, intuitu principis voluntatis speciem dubii praeseferat, ubi quaestiones oriuntur, cuinam competit facultas interpretandi, quomodo interpretatio facienda late an stricte, & qua ratione excessum finium privilegii evitare oporteat? de singulis sigillatim acturi sumus. Quoad primam quaestionem, quis videlicet gaudeat facultate privilegium interpretandi? non sequimur eorum opinionem, qui, principi soli ius interpretandi competere, defendant moti Responso Pauli in Lege 43. pr. ff. de vulgar. & pupillor. substit. referentis: *beneficia quidem principalia ipsi principes solent interpretari*. Verba enim PAULI prolata sunt modo enunciativa, non admunt & iureconsulto potestatem interpretandi privilegium, deinde, si & de solo principe interpretante intellegenda sint, supponendum est casus, quo solum de modo exercitii controverso sermo est, quem solius principis est determinare. Itaque in hac quaestione, quis privilegium interpretari possit, distinguen-

guendum censemus, privilegiatus utrum cum concedente ipso, an cum concive litem intuitu privilegii habeat: posteriori casu ipsi iudici aliisque Jureconsultis de iure respondentibus ius interpretandi adscribimus, sententia enim aut responso rem controversam decidi vult princeps, adeoque quum per has personas rem decidi desiderat, necesse & est, ut iis media suppeditet, quibus finem rei imponere valent, quorum in censum sane refertur interpretatio ut optimum medium in causis dubiis expediendi lites. Sin autem interpretatio iudicis iniqua videatur, datur appellatio ad superiorem, & denique ad ipsum principem provocandi locus est. Priori autem casu eive cum ipso principe litem habente, iterum inspiciendum, an concedens privilegium *superiorem* agnoscat aut ipse summus imperans sit, si primum, adeundus est superior iudex, adeoque respectu statuum imperii judicia imperii competentia habentur; sed cum moribus usuve invaluit, ut germaniae principes se coram propriis summis iustitiae tribunalibus conveniri patientur, id coram iis quoque interpretationem privilegii adversus principem peti debere, non est, ut moneamus; salvo ceteroquin jure ejus, iniqua qui interpretatione se laesum existimat, provocandi ad imperii tribunalia, quod ad per jura provinciae licet. Si vero princeps concedens ipse summus imperans est, cui omnem iniustitiae speciem a se declinare in animo est, arbitris seu commissariis iuramenti vinculo liberatis committere potest privilegii interpretationem. Imperator noster cum se se iudicio imperio obom ei rauit, nisi res de iure publico, ita in his iuri.

*id Illust. Steph. PÜTTER Institut, iur. publ. §. 289, n. II, & not. a. citati scriptores.*

rii aulico in causis privatis sponte subjecit, coram eodem & interpretatione privilegii contra imperatorem impetranda est; eoque fine\* ut consiliarii aulici a partium studio alieni sunt, juramentum, quo alias erga imperatorem vinciti tenentur, iis relaxatum est. k)

### §. XIII.

Transimus ad aliam quaestionem, quomodo privilegia interpretanda sint, late videlicet, an restrictive? Vulgaris doctrina eo redire solet, quod contra principem *extensive*, respectu tertii autem *restrictive* privilegia interpretari oporteat: cuius sententiae quoque sese patronos proflitentur *illustris de Coccejil* & *JOANNES VOET. m)* Provocant nimicum ad L. 3. ff. de constitutionibus principum, qua *JCTUS JAVOLENUS* responsum dedit: *beneficium imperatoris, quod a divina si silicet ejus indulgentia proficiscitur, quam plenissime interpretari debemus.* Quae quidem lex de beneficiis in specie i. e. privilegiis certis personis indultis ut intelligatur, tantum abest, ut potius duntaxat

ad

\* TAFINGER institutiones iuris cameralis §. 387. *Jo. Steph. PÜTTER* programma de iure & officio summorum imperii tribunalium circa interpretationem privilegiorum caesareorum. Goetting. 1753. & in opusculis rem iudicariam imperii concernentibus num. VI. p. 273. sq. Goetting. 1766. 4.

k) Reichs Hofraths Ordnung tit. I. §. 15, 17.

l) *Iur. controv.* lib. I. tit. IV. quaest. 6.

m) *Commentar.* ad ff. Tom. I. lib. I. tit. IO. §. 16.

D.

ad ea beneficia pertineat, quae passim appellantur *jura singularia*. n)  
 Quae nempe jura singularia ab imperatorum indulgentia in certum aliquem personarum ordinem profiscuntur, ea lege tertia intelligi debere suadet proxime precedens Lex secunda eod. tit. qua Ulpianus ait: *in rebus novis constitutis evidens esse utilitas debet, ut recedatur ab eo jure, quod diu aequum visum est.* Et in primis L. I. pr. & L. 2. §. 1. ff. ad SCtum Vellejan: ubi itidem SCto Vellejano feminis plenissime subventum dicitur. Privilegio itaque pro iuribus singularibus sumta admittunt interpretationem extensivam, in quoconque casu eadem militat ratio: vtrum vero idem procedat in privilegiis in specie sic dictis videamus. Quae intuitu tertii concivis, in cuius praecipuum vergit latior interpretatio, strix interpretari debere, patet ex eo, quod semper sub clausula: *salvo jure tertii*, concessa intelligentur, o) neque princeps praesumatur voluisse cuiquam jus suum auferre, p) cui & hoc accedit, quod ipsae leges extensionem de casu ad casum, de persona ad personam, expresse prohibeant. q) Si vero aduersus ipsum concedente interpretatio instituenda est, extensiva interpretatio permissa videtur, quum princeps liberalius esse voluerit: vereor autem, ne argumentum a liberalitate defunctum calculum teneat, & nonnunquam privilegiatus, privilegium suum nimis

exten-

n) CHRIST. THOMASIUS in pecul. diff. de interpretatione beneficiorum principiis §. II.

o) L. 202. ff. de R. I. BRUNNEMANN ad L. unic. Cod. de Metrop.

p) ALCIATVS III. praesumt. 12.

q) §. 6. Instit. de Jur. gent. civ. & natur. L. 14. ff. de LL.

extendens, in causam laesae maiestatis incidat, ut jamjam CHRISTIAN THOMASIUS belle monuit. Nos nec simpliciter late, nec restrictive interpretari suademus, rectius eum agere censentes, qui mentem privilegii tum ex qualitate personae, r) cui concessum est, tum ex qualitate objecti, tum ex observantia antiqua moribusque regionum, s) denique ex ipso fine, quem concedens impetrare intendit, mox restrictive, mox extensive determinat, & si privilegium nimis obscurum est, a principe ipso interpretationem authenticam petere haud erubescit.

#### §. XIV.

Privilegium a cessione in alterum transferri possit, est thesis  
quani maxime practica, multaque pariens commoda, si omni ex parte  
vera

r) Jurisdictione v. g. per modum investiturae vel etiam privilegii ab imperatore statui imperii intra certum districtum indefinite concessa intelligitur non modo basia seu civilis, sed etiam Alta seu criminalis — fin vero mediato iurisdictione per modum privilegii conceditur, pro civili iurisdictione praesumptio militat, quoniam his ut plurimum civilis modo datur, vid. *illustris Ludow. BOEHMERI principia iuris feudalis* §. 67.

s) Immunitas a steuris generaliter impetrata intelligitur quidem & de futuris eiusdem generis scilicet ordinariis, minime vero extendenda est ad extraordinarias, de quibus princeps tempore privilegii concessi non cogitavit, ad non cogitata enim mens contrahentium haud extenditur. L. fin. Cod. de divers. praed. urb. FABER Cod. lib. 9. tit. 29. Definit. 6. n. 2. CARPOV Respons. lib. I. Respons. 15. n. 20, & Part. 3. constit. 28. Def. 19. n. 15.

vera est. Reale privilegium transire cessione facta in successorem singularem nemo dubitat. t) v. g. fundo vendito jurisdictionem eidem annexam, qua partem, transire in emtorem palam est. Vtrum vero privilegium personale cessioni obnoxium sit, quaestio est, quam venenosam & inextricabilem habent nonnulli interpres. Secernenda in hoc argumento, putamus, privilegia personalia, quae ut jura principalia per se subsistunt, ab iis, quae crediti ceu actionis intuitu competere dicuntur: illa regulariter haud cessibilia putamus, nullumque agnoscimus discrimen, sive ad heredes privilegiorum transmittantur, sive duntaxat in persona privilegiata subsistant; quod & exemplis perspicuis illustramus. Constat nobilitatem transire in heredes consanguineos, constat ex praxi germanica, jus exercendi mercaturam, certumque in opificum collegiis agendi artificium transire ad viduam relictam, constat praeterea, privilegium forum mariti transire & in uxorem viduatam, quorum tamen cessionem validam plane ignoramus. Privilegia non transmissibilia recensere, quorum exercitium ad solam personam privilegiorum restrictum est, supersedemus.

Quae vero privilegia intuitu actionis creditori ex sua persona competunt, quatenus cessionario prosint, non una eademque Doctorum est sententia. Distinguendum esse, arbitramur, quoad thesin & hypothesis: priori calu iterum distinguere oportet, utrum cessionarius qua procurator in rem suam ex mandato cedentis agere paratus sit, an vero proprio nomine, quod constitutione Divi Pii perni-

t) L. 68. L. 196. de R. I.

sum est, v) agere malit? primo casu utitur cedentis beneficio. w)  
 Etenim in quantum procurator quis est, in tantum quoque utitur  
 jure procuratoris, cuius jus agendi ex persona principalis aestimatur,  
 quem in hac re repreäsentat. Unde non tam ipse, quam cedens, cu-  
 jus persona fungitur, x) privilegio uti, & privilegium non tam ad  
 cessionarium transire, quam potius in cedente, ex cuius persona con-  
 tentio suscipitur, propter illius interesse y) constare videtur. Quem-  
 admodum & alias defensor privilegio domini utitur z) cum defensio  
 nihil aliud sit quam vicem rei subire. a) Si itaque persona miserabi-  
 lis nome suum cesserit, non prohibetur cessionarius ex persona miserabi-  
 lii ut procurator in rem suam agere volens provocare ad supre-  
 mum iustitiae tribunal, si mulier dotem illatam, defuncto marito,  
 alii cesserit, cessionarius ex persona uxoris utitur privilegio prae-  
 lationis ratione dotis ex concurso forsan exigendae. Alio praeterea  
 exemplo idem illustrare juvabit: Si in civitate quadam observantia  
 statutisque invaluit, ut civis creditor, concive concursum faciente,  
 extraneis praferatur, tunc cessionarius hujus creditoris actione dire-  
 cta ex persona cedentis agens gaudet beneficio cedentis, quod vero  
 cessaret,

v) L. 16. Dig. de pactis. L. 7. 8. Cod. de heredit. vel act. vendit.

w) LENZ tract. de nomin. cess. cap. 27. m. 3. FRANTZK. var. resolut.  
 Part. I. resolut. 14. n. 45. MINSINGER centur. 30. observat. 3,

x) L. 5. cod. de hered. vel act. vendita.

y) DONELL. lib. 15. commentar. cap. 43. in fin.

z) L. 14. pr. sol. matr. L. 23. de Re iud.

a) L. 51. §. 1. D. de procurator.

cessaret, cum proprio nomine utili actione experiretur. Alio vero casu, cessionario scilicet ex persona propria agente, cessat privilegium personale *creditoris cedentis* omnibus inhaerens. Utilis enim actio hoc casu posteriori competit ex constitutionibus principum, & non tam ex persona cedentis, quam potius ex propria cessionarii persona aestimatur, b) qui si forte non ea, quae cedens, persona est, eodemque favore lege dignus judicatur, nullo privilegio juvatur. Unde cauti fint illi, quibus nomina venduntur, vel in solutum dantur, aut alias rationes ceduntur, ut insuper actiones sibi mandari, idque disertis verbis in instrumentis exprimi current: si enim hoc omissum fuerit, actione utili quidem debitum persequi illis integrum est, privilegio vero, quod cedens forte habuit, non gaudebunt.

#### §. XV.

Qui privilegia personalia nequidem prodeesse cessionario directa actione experienti contendunt, c) provocant ad argumenta non levis ponderis, maxime: 1) quod privilegium personale non transeat ad heredes, d) & consequenter nec aliis cedi possit. e) Unde vul-

gatum

b) L. 55. Dig. de procurator. L. ult. Cod. heredit. vend. L. I. Cod. de obligat. & aet.

c) Censu eorum, qui privilegia personalia in cessionarium nequidem procuratorem in rem suam transferri defendant, sunt SANDE de actione cessib. cap. 9. num. 8. CARPOZI Part. I. constitut. 28. Definit. 95. num. 6. LAVTERBACH colleg. theor. pract. lib. 18. tit. 4. §. 58. MENCKEN system, iur. civil. lib. 18. tit. 4. §. 18.

d) L. 196, ff. de Reg. iur.

gatum est Dd. Procardicum : quod non transmissibile est ad heredes, non sit etiam cessibile. Facilius enim quid in heredem universalem transfertur, quam in successorem singularem, qualis est cessionarius. Unde si transmissio in illo non procedit, multo minus in hoc locum obtinebit. 2) Quod quidem in actione dotis diserte ita in L. 1. Cod. de privileg. dot. rescriptum sit: quae opinio tanto probabilior sit, si vera est sententia FABRI, f) quem more suo sequitur SCHIFFRDECKE-RVS, g) quod ne liberis quidem mulieris privilegium hoc competit, pro quibus facere videtur tum textus in §pho 29. Institut. de action. ubi Justinianus ius praelationis mulieri competentis restringit ad eum casum, ubi ipsa mulier de dote agit, & dicit: *quod illius solius prudenteria hoc ita a se constitutum sit*; & Novell. 61. in fin. ubi statuit: quod praeter mulierem nulli alii privilegium hoc nec ex antiquo dederit, neque nunc det: tum quod liberi omnes ratione mulieris pro heredibus extraneis habeantur, h) tum quod rationes, quibus motum se dicit imperator in *Lege penultima Cod.* qui pot. in pignor. prorsus cessent. 3) Admodum facit L. 42. ff. de administrat. tut. ubi ex hac ipsa causa, quod privilegium pupilli circa ius praelationis in cursu creditorum juxta legem 19. §. 1. ff. de rebus auctor. iud. possid. datum

e) L. 68. ff. de Reg. iur. ubi PAVLVS; *in omnibus causis*, inquit, *id observatur, ut, ubi personae conditio locum facit beneficio, deficiente ea, beneficium quoque deficiat.*

f) Lib. 8. coniectur. cap. 13.

g) Lib. 3. disputat. forens. tract. 23. qu. 22.

h) §. 3. Inst. de hered. qualitate & differentia,

datum illi ratione personae, non causae, competit, tutor, quasi per cessionem actionis procurator in rem suam factus sit, id non habere dicitur. Cui accedit 4) quod alias hac ratione per cessiones faciliter negotio praedictae leges, quae de natura privilegii personalis allegatae sunt, eluderentur, & in potestate privilegiati esset, num privilegii naturam suo arbitrio mutare velit. i) Denique urgent 5) in fisco actionem suam cedente speciatim favore fisci receptum esse, ut privilegia fisci personalia quoque in cessionarium transirent, quae exceptio in casibus non exceptis regulam magis stabiliret.

Respondemus autem ad haec argumenta: & quidem primum: Sicut ipsa actio directa per se in cessionarium non transit, sed illius saltem exercitium; ita nec privilegium proprie transfertur, sed actioni directae annexum manet: quia tamen actio ex persona cedentis intentatur, & hoc respectu cessionarius a nudo mandatario seu procuratore non differt, non potest non illi, ad instar alterius procuratoris, vis & efficacia, ad quam' privilegium quoque spectat, prodeesse. Unde vel locus non est brocardico communi: quod non transmissible non sit cessibile, vel illud saltem ita intelligendum est, quod privilegium cedi non possit, ut post mortem cedentis deum allegetur: sicut heres, in quem privilegium transmitti negatur, non nisi post mortem defuncti jura & actiones exercere possit. Unde hancenus comparatio saltem procedit: sicut heres post mortem defuncti privilegio illius personali gaudere nequit, ita nec cessionarius actionem

i) SALICET in L. r. Cod. de privileg. dot. n. 4. BOLOGNETVS in leg. si post dotem solut, matrim. num. 260.

nem privilegioriam ex persona cedentis intentare possit. At inde non sequitur, quod si adhuc vivat cedens, idem fieri non queat; tunc enim privilegium in illius persona adhuc radicatur, & consequenter mandatario nomine a cessionario recte allegatur, qui quemadmodum & ususfructus, licet per naturam suam positivam ad heredes non transeat, k) hactenus eo fine cedi potest, ut, quamdiu is vivat, fructus a cessionario percipientur, qui & in hoc maxime directis actionibus similis est, quae ossibus cedentis quasi adhaerent, & ideo illorum cessione exercitium potius transit, adeo, ut in certis casibus & post cessionem cedens agere valeat. Unde, uti haec regula affirmativa: quod transmissibilia sint cessibilia, indistincte vera est, ita negativa, quod non transmissibilia quoque non sint cessionabilia, praedictam declaracionem patitur. l)

Quoad secundum argumentum sciendum est, allegatam legem i). Cod. de privileg. dot. ita intelligendam esse, ut post mortem mulieris nec ulla fieri possit cessio, cum heredes uxoris privilegio haud gaudent. Deinde quod ibidem de herede dicitur, jure novo de aliis, quam liberis, & ita mere extraneis intelligi fas est. Justinianus enim imperator liberis diserte eandem praerogativam, quam mater habet, concessit. m) Neque obstat, quod in §. 29. Insit. de

act.

k) L. 58. §. 10. de verbor. obligat.

l) ZASIVS in L. si stipulatus fuerit 76. de verbor. obligat. num. 22. &amp; sq.

m) L. 12. §. 1. Cod. qui potior. in pignor. Novell. 91. Nec relevat, quod Anton Faber respondeat, imperatorem in Textibus allegatis non

E

in

act. dicitur sola mulieris providentia jus praelationis introductum esse, & quod in Nov. 61. in fin. dicitur, *praeter illam* (mulierem) *nulli alii competere* jus praelationis: quia illud ratione heredum profus extraneorum, quales quidem liberi non sunt, n) & potissimum eorum, qui dotes constituerent, & plerunque sibi illas reddi slipularentur interpretandum est.

Tertia dubitandi ratio ex lege 42. ff. de administrat. tutor. defuncta omnium gravissima est, quae & BARTOLI Spiritum, ut ipse in Lege 27. ff. solut. matrim. fatetur, turbavit, quod tutor in solidum condemnatus, qui a pupillo actionem adversus contumorem socium sibi cedi curavit, privilegio pupilli non fruatur: id quod in eo positum videtur, quod tutor ex gestione tutelae pupillo in solidum obligetur, & forte ob propriam culpam intervenientem condemnatus fuerit; quam ob rem actione per pupillum sibi cessa taliter non perfruatur, ac aliis cessionarius, cuius factum non intercessit,

in universum de liberis cum aliis creditoribus, sed noverca sua concurrentibus, loqui, & hoc saltem disponere, quod praferantur novercae, quae non prior, sed posterior sit. Falsa autem est haec explicatio, cum in dicta lege 12. §. 1. continetur non exceptio ad jus liberorum, sed ad jus uxoris sive novercae, hoc sensu: quod uxor praferatur omnibus creditoribus, exceptis liberis prioris uxoris, qui dotem matris suae petunt, & quibus imperator privilegium matris jam pridem dedisset, Quod si liberi privilegio praelationis nullo gaudent, quomodo ex tempore novercae privilegiatae, aliisque creditoribus jure potiori praferrentur? Quoniam autem hanc praerogativam habent, utique & caeteris creditoribus potiores erunt,

n) Arg. L. un, Cod. qui ante apert, tabul,

cessit, adeoque privilegium in pupillo hoc respectu aliquando personalius censetur, praesertim cum illius peculiariter non interficit, privilegium exerceri, atque alius alicujus cedentis, qui vel de evictione vel alia ratione cessionario obstringitur. Ad quartam rationem dubitandi ex dictis ad argumentum primum responso parata est, quod legibus, quae de natura privilegiorum personalium disponant, fraus nulla fiat, quae tamen fieret, si simpliciter diceretur, illam in cessionarium indefinite transfire, ut, quandocunque velit, etiam post mortem cedentis exerceri possit. Quoniam autem jam supra hoc declaravimus, & restrinximus ad tempus vitae cedentis, quo actio instituenda sit, metus hic omnis supervacaneus est. Quod vero privilegium actionis justo tempore institutae etiam post mortem cedentis duret, ex alia ratione fit, litis scilicet contestatae, per quam tamquam per quasi contractum novo quodam titulo in persona cessionarii firmatur, qua de causa nec alias mandatum morte mandantis extinguitur. Prostremum denique argumentum in nostram potius partem detorquere valemus. Privilegia fisco competentia sane sunt personalia, cum favore ejus constituta sint, si ergo cessionarius fisco reliqua debitoris solvens qua cessionarius gaudet beneficio fisci, colligitur sane, privilegia personalia in cessionarium saltem qua procuratorem in rem suam transfire.

### §. XVI.

Quamvis in thesi certum quamque certissimum sit, cessionarium actione directa agentem frui beneficiis cedenti competentibus:

E 2

tamen

tamen in hypothesi usuque forensi negativa sententia approbata videtur ex ratione, quod debitum, quod antea fuit, per omnia non idem maneat, sed novum potius, mutato creditore, constitutatur. o) Quoad vim & effectum ipsum, ajunt, cessionarius rem suam gerit, nec alieno fungitur officio, adeoque res ejus est propria, unde etiam cessionarius debitoris cessi creditor dicitur, cur ergo cedentis persona, quae nullum inde amplius lucrum percipit, respiciatur. p) Propter necessariam tamē consecutionem, inquietunt, transit privilegium ex tacita voluntate privilegium concedentis. Finis enim pro mensura est in moralibus & qui vult antecedens, vult etiam consequens. Qui aliquid concedit, concedit quae necessario consequuntur. Necessitas autem haec moraliter intelligenda est. Hinc toties ad alios personale privilegium porrigitur, quoties privilegiato id absque extensione foret inutile, sic privilegii mariti gaudet uxor, idque propter individuam vitae consuetudinem. q) Sed hic non quaerimus, quatenus & aliis privilegii nostri particeps sit, sed an privilegium personale occasione crediti competens proposit cessionario directe agenti actione? Quidam existimant, r) si cedentis quammaxime interstit, cessionarium uti cedentis

privi-

o) LEYSER med. ad ff. Specim. 200. coroll. &amp; Specim. 245. Med. 8.

p) HERTIVS de transitione privilegii personalis ad alios §. 13. Volum. I. Part. III.

q) L. 8. D. de senatoribus. L. 13. Cod. de dignitat. Novell. 150. L. fin. Cod. de Nupt.

r) MEVIVS Part. IV. Decif. 151. &amp; Part. VIII. Decif. 298. in fin. HERT. cit. Dissert. §. 14. LVD. MENCKEN Sytem. jur. civil. lib. 18. tit. 4.

§. 18.

privilegio: quam opinionem aequitati sane convenientem opinamur: ut si mulier ad secundas nuptias transiens, secundoque marito eandem dotis quantitatatem inferre volens, moram negetibus primi mariti heredibus, parēm summam a Titio mutuo accipiat: novoque marito inferat, creditori huic autem omne suum jus suo periculo cedat. Vir aequitatis amans hoc casu mulieris privilegium & cessionario competere haud in dubium vocatus est. Liceat itaque adstruere regulas præcicias: 1) si cessionarius proprio nomine agat, nec cedentis privilegio personali, nec propriis privilegiis s) uti, ei permisum est. 2) Si procuratorio nomine agat, & titulo oneroso facta est cessio, prodest privilegium cedentis personale & cessionario, quum quam maxime cedentis interest, ne evictionis nomine conveniatur. Sin autem 3) titulo iurativo peracta appareat cessio, cessat cedendis personale privilegium.

### §. XVII.

Privilegium personale an alteri locari possit, dubium videri posset, quum privilegia personalia non de persona ad personam extendi debeant; sed re penitus considerata locationem permittam esse statuimus. Etenim per locationem jus ipsum privilegii in conditorem nulla ratione transferitur, sed exercitium modo relinquitur.

E 3 Cum

§. 18. SANDE de cessib. act. cap. 9. num. 15. MESA lib. I. resol. cap.

20. num. 21.

s) LEYSER Specim. 200. med. 7. H. BOEHMER consult. & Decis. Tom. 2.

Part. I. Resp. 354. n. 7.

Cum exercitium ususfructus seu commodum alteri cedi possit, t) quo-  
ad vivit usufructarius, simile & in privilegio fieri posse nec ulla  
prohibet ratio. v) Sic jus braxandi cerevisiam alteri per modum lo-  
cationis conductionis quoad exercitium relinquere posse non dubita-  
mus.

§. XVIII.

Nonaunquam impetrata privilegia in tertii praejudicium quam-  
maxime vergunt, quaenam contra ejusmodi generis privilegia com-  
petunt remedia, inquirendum & est. Privilegia ratione formae pro-  
prio motu principis concessa exceptione Sub & obreptionis quidem  
impugnari nequeunt, sed, cum princeps praesumatur non voluisse  
tertii jus auferre aut quacunque ratione infringere, exhibitis supplicis  
adire eum par est, ut modum justum privilegio suo statuat, & si sur-  
dos exhibuerit aures, subditorum gravamina non tollit, superior judex  
demum implorandus est. Eundem modum vel sequimur in privile-  
giis ad instantiam concessis, nisi hic exceptio sub & obreptionis lo-  
cum habeat.

§. XIX.

Remedia juris, tum ad privilegium tuendum, tum ad exerci-  
tium, quo inique privati sumus, recuperandum, in jure prodata sunt  
& petitoria & possessoria. Adversus eum, qui nobis jus speciale  
negat, vel in exercitio turbat w), competit petitorium] remedium

t) L. 12. §. 2. ff. de usufructu.

v) LEYSER medit. ad. ff. Specim. X. medit. 2.

w) Cave, existimes, te statim turbari, si alter eodem privilegio utatur:  
namque

actio videlicet confessoria' utilis, x) & possessorum uti possidetis  
utile. y) Si exercitio dejecti sumus, itidem actione confessoria utili  
aut remedio spolii quippe pinguore nullas admittente z) exceptio-  
nes experiri licet; a) Aut si lubet, etiam pro re nata interdictum  
quod vi aut clam in applicationem deducere licet. b) Tractari hoc  
loco meretur quaestio, an ex privilegio universitati concessa singula  
eius membra actionem instituere possint? Non desunt JCti magni  
nominis, qui negantem sententiam amplectuntur, neque rationes  
illis verosimiles deficiunt; Provocant imprimis ad L. 7. §. 1. quod  
cujuscunque universitatis, in qua ULPIANVS: sed quid, ait, universi-  
tati debetur, singulis non debetur. Addunt L. 6. §. 1. de rerum di-

visione.

namque non semper gaudes facultate alios excludendi, saepe in jure,  
ne ab altero in usu turberis, acquiescere teneris. Ad juris aliquujus  
prohibitionem enim praeter actus possessorios simplices & prohibitiu-  
m requiruntur. WERNHER Part. I. obs. 359. LEYSER ad ff. Specim. 10.  
medit. I. HOMMEL Rhapsod. jur. observat. 33.

- x) STRYCE de action. forenib. Sect. II. membr. IV. §. 5. H. BOEHMER  
de actionibus Sect. II. cap. II. §. 47.
- y) BERGER oeconom. jur. lib. II. tit. 6. §. 3. not. 3. WERNHER Part. 4.  
obs. 57. MENCKEN System. jur. civil. lib. 43. tit. 17. §. 1.
- z) Cap. 2. de ordin. cognit. cap. 1. 2. 5. 6. X. de remedio spolii. clem.  
un. de caus. possess. & propriet.
- a) C. 3. qu. 1. c. 6. X. de sepult. PVFENDORF in observat. jur. tom. II.  
obs. 142. LVD. BOEHMER compend. jur. canon. lib. IV. Pars I. tit. 6.  
§. 688. n. I.
- b) L. 16. ff. quod vi aut clam. MENCKEN System, jur. civ. lib. 43.  
tit. 24. §. 4.

*visione.* Quae rationes, referente LEYSERO, c) tanti esse aliquando  
visae sunt celeberrimo ejus collegio juridico, ut, quum civitas aliqua jus  
prohibendi haberet, ne quis in ea novam cauponam institueret, sin-  
gulos tamen cives jus istud exercere & exstructionem novae caupona  
impedire posse, negaret, sed actionem ab illis motam repelleret.  
At LEYSERO rem accuratius consideranti verius & aequum visum  
fuit, singulis collegiis ex privilegio, universitati suae tributo, jus  
agendi competere. Nam quod ad leges illas objectas attinet, haec  
de proprietate rerum ad universitatem pertinentium agunt, quam  
utique sibi singuli vindicare non possunt. Pecuniam etiam collegio  
debitam singula membra ejus exigere nequeunt, quia haec ad usus  
publicos destinata est: At secus sepe res habet in iis juribus, quae  
universitati quidem tributa sunt, sed ex quorum exercitio singuli  
emolumentum capiunt. d) Quod enim ex his descendit jus agendi  
vel prohibendi, privatis denegari non debet. Iniquum quippe foret,  
alicui adimere jus persequendi vel tuandi id, in quo utilitas ipsius  
versatur. Ne quid autem sine legum auctoritate statuere videamus,  
tam clara est disquisitio L. 2. §. 2, 4, & 5. ne quid in loco publico, ut,  
qui dissentient, eam sine dubio non animadverterint. Id tamen  
non praetereundum censemus, quod singula universitatis membra  
quidem de re universitatis in specie sic dicta ab initio ad actionem  
instituendam admittantur, sed usu fori tamen iis injungatur, ut ex  
post

c) Meditat. ad ff. Specim. X. med. I.

d) H. BOEHMER compend. digest. lib. 3. tit. 4. §. 3. STRYCK usu mod.  
lib. 3. tit. 4. §. 7. CARPZOV Decis. 205. num. 16.

post productione mandati sive syndicatus sese legitiment. In re autem in patrimonio universitatis existente, cuius commodum in usum publicum impenditur, singula membra qua defensores, sed non qua actores admitti, quotidiana experientia optime docet.

---

### CAPUT II.

DE

#### MODIS FINIENDI PRIVILEGIA SPECIATIM.

##### §. XX.

**A**cum hactenus est de privilegiis generatim: iam videamus, quibus modis ea quoque existere desinant, ceu, ut loqui solent, finiantur. Nec abs re alienum erit, ante hos modos quam sigillatim per tractemus, generatim eos prius indicasse. Exspirat videlicet privilegium I. ex *causa voluntaria*: tum voluntate *concedentis*, quo pertinent a., lapsus determinati temporis, ad quod fuit privilegium restrictum. b. existentia conditionis resolutivae privilegio appositae. c. revocatio ex iusta causa facta: tum voluntate *privilegiarii*, ut renunciatione vel expresse vel tacite, accidente nonnunquam lapsu certi temporis, quo privilegii praescriptio continetur, declarata. II. ex *causa necessaria* & vel *manente* subjecto privilegii, quo referunt a. non usum s. praescriptionem, sed hanc causam potius generi causarum voluntiarum adscribendam arbitrati sumus. b. Collisionem privilegiorum incompatiblem; & vel *sublato* subjecto aut vel in *totum*, quo pertinent a.

F

in

in certis casibus mōrē in persona concedentis vel accipientis privilegium contingens. b. interitus rei *totalis*, aut vel in tantum cessante nempe qualitate, cuius intuitu privilegium personae vel rei adhaeret.

§. XXI.

Quoniam haec materia in foro quam frequentissima sit, operae sane pretium habemus, in ea enucleanda studia collocare. Auspicamur itaque primum iis modis, quēs ex causa *voluntaria* privilegia exspirant. Extinguitur videlicet privilegium; tum ex voluntate principis & quidem vel *antecedente*, cum tempus determinatum ut terminus ad quem lapsū sive fuitur v. g. privilegium ad decem annos concessum finitur lapsū duobus lustris. Accidit nonnunquam, ut privilegiario ante lapsū definitum tempus aliquid humani contingat, quo casu dubium moveri potest, an defuncto privilegiario, privilegium intuitu residui temporis ad heredes transeat. Decisionem ex natura diei adjecti repetendam arbitramur, secundum quam inspiciendum est, utrum dies privilegio adjectus sit tanquam terminus, ultra quem eo frui non debeat privilegiarius, vel tanquam terminus, ante quem idem non debeat extingui. Priori casu privilegium non transiit: posteriōti vero privilegio, residuo tempore, frui potest. Quodsi incertum sit, quomodo dies adjectus appositus sit, valet id, quod recta ratio suggestit. Namirum si materia talis sit, quae respectum ad personam habet, nec ad aliam promesse extendi potest, vel etiam ratio, cur privilegium personam privilegiarii unice respiciat; vel alias dentur circumstantiae, quae demonstrant personam privilegiatam, casus

fus utique prior obtinet: Si materia illiusmodi fuerit, ut privilegium exerceri quoque possit ab herede, nec ad sint rationes manifestae, ob quas idem ad personam privilegiatam restringendum sit, casus posterior existit. Ex quibus intelligitur privilegium, si detur ad certum tempus, & antequam id finiatur privilegiarius supremum obierit diem, per residuum tempus ad heredes pertinere, nisi ex materia, vel aliunde appareat, idein personale esse. Ponamus ergo nobili ob insignia merita in acie concessum esse jus venandi per decennium. Cum fructus ex venatione percipiendus per decennium spectandus sit tanquam proemium fortitudinis, facile intelligitur, si is anno quarto moriatur, per residuos sex annos jure venandi adhuc frui heredes. Similiter si monopolium fuerit concessum titulo oneroso per sexenium, & privilegiario anno quarto mortuo existat haeres habilis; is per biennium residuum privilegium adhuc exercere poterit. Enimvero si cui ob singularem favorem concedatur immunitas certorum onerum ab aliis praestandorum per annos novem, privilegiario mortuo, eadem non fruitur haeres residuo tempore, cum immunitas ista respectu personae concessa intelligatur. e)

Alius casus, quo voluntate principis *antecedente* privilegium exspirat, est, si eidem conditio *resolutiva* opposita existat. v. g. si principi privilegio inseruit clausulam, ut ipso jure privilegiarius suo beneficio privatus sit, cum eodem modo *praescripto* haud usus fuerit, in casu contraventionis ipso jure cessat privilegium.

F 2

§. XXII.

e) Christian L. B. de WOLFF jur. natur. Part. VIII. cap. IV. §. 380.

## §. XXII.

Ex voluntate principis *subsequente* finitur privilegium, dum princeps id revocat. Revocationem autem non nisi ex justa causa fieri posse, ex eo intelligitur, quod nemini jus quae situm adimere liceat. Justiarum causarum censu habentur abusus privilegii, qui variis modis sese exserere potest \*) tum per excessum id contra intentionem concedentis ultra concessae facultatis limites extendendo, eoque alio tempore vel loco aut circa aliam personam vel materiam non concedam utendo: tum ex eo sumendo ansam delinquendi: sicut contingeret, si exemptus liberius delinqueret aut alteri injuriam inferret spe impunitatis vel difficultoris conventionis ex privilegio conceptae: denique contra ejus indulti finem agendo: sicut ageret conveniens vel alius clericus beneficiatus obtinens privilegium non residendi in sua Ecclesia ad prosequendum studium literarum, si, hoc insuper habitu, tempus terceret otio vel inutilibus & a privilegii fine alienis exercitiis absumeret. f) Ut plurimum consistit excessus in eo, quod privilegium ultra concedentis intentionem extendatur, sicut ex actis judicialibus animadverti, nobiles jurisdictione inferiore munitos quandoque & in causis criminalibus judices egisse, ordinationesque condidisse. Maximum autem abusum intuitu jurisdictionis committunt judicia Catholicorum ecclesiastica, quae causas civiles, testamentarias, imo res

poli-

\*) Wiestner institut. jur. com. Praelect. & Exercitat. academ. lib. V. tit. 23. art. 4. n. 55. Anton. Söll tractat. de praescript. Part. I. c. II. §. III. num. 125.

f) Cap. II. 24. X. de privileg.

politiae sublimis, in quibus religio indirecta aliqua ratione intervenire videtur in gravissimum Reipublicae praejudicium ad se summis viribus trahere moluntur, sapientissimisque saecularis intimi regiminis conclusis, proh facinus! sub larva defendendae religionis illudere student. Coemeteria in urbibus tolli, earumque extra meonia exstrui sanitati humanae consulens intimo corde obtabit, nihilo tamen minus archiepiscopatus alicuius generalis vicariatus, eiusmodi salutare conclusum quominus a principe eoque optimo & clementissimo approbatur, variis artibus impedire ausus est, rationesque partim superstitionem redolentes deduxisse videtur ab aqua lustrali, qua coemeteria statis diebus aspergi solent, qua pia ceremonia defunctorum animas in purgatorio residentes eo citius libro purorum beatorum inscribi somniant; tum ab incommoditate tanquam vera ratione fæcerotibus imminent, si defunctum sepeliendum ad locum extra urbem positum sequi debeant. Quam meo judicio, domi manendo facilius evitare possunt, eorum enim comitatus animæ in purgatorio patienti nec ullum erit acopum. Tantum incidenter de abuso Jurisdictionis ecclesiasticae.

An vero *abusu* privilegium ipso jure cesset, quaeri solet? Responsionem damus ex praxi quotidiana de promtam, ita, ut abusus, nisi sub lege commissoria datum sit privilegium, modo præbeat occasionem privilegiorum iure suo per sententiam privatoriam privandi, adeo, ut & in praxi iis etiam casibus, quibus privilegii amissio in delicti poenam a jure inducta est, & ipso facto inducitur, ad actuellem eius amissionem ordinariam sententiam criminis declaratoriam re-

quirant.<sup>44)</sup> Plerumque autem exordio poena arbitraria dictatur, comminationesque sub praecidicio amittendi privilegii emanantur. g) quod jam in Decreto Gratiano approbatum legimus. h)

Alia justa revocandi causa est, dum privilegium praecario concessum est. Etenim in praecarii natura latet reservata facultas praecarium, quando lubet, revocandi; i) limitanda tamen aliqua ratione

<sup>45)</sup> Arg. cap. fin. de vita & honestate. Cap. contingit 45. de sentent. excomm. & capit. cum secundum 19. de Haeret. in 6. WIESTNER l. c. num. 57. SVAREZ de privilegiis cap. 36. num. 7.

g) Johann Jacob MOSERS Einleitung zu dem Reichs-Hofraths-Proces Part. I. cap. II. pag. 172. LEYSER Specim. X. med. 33. Supplement. Volum. 12. pag. 91. WIESTNER in Praelect. & exercitat. academ. iur. ecclesiastici lib. V. tit. 33. artic. IV. num. 56. 57.

h) Can. 7. Distinct. 74. ubi Pontifex Privilegium, inquit, meretur amittere, qui concessa sibi potestate abusitur. Verum hic ipse canon responsum suppeditat, scilicet privationem non aliter locum habere, quam praemissis gradibus admonitionum, quod semper in poenis clericorum, nisi atrocia crimina commiserint, supponitur. Simplicius enim in isto canone objurgat quidem Joannem Episcopum Ravennatem, non privat tamen confessum privilegio, sed comminatur saltem privationem in posterum, verbis: Denunciamus autem, quod, si post haec quidquam tale praefumperis, & aliquem seu Episcopum, seu presbyterum, seu diaconum, irritum facere forte credideris; ordinationes tibi Ravennatis Ecclesiae, vel Aemiliensis noveris auferendas.

i) L. 1. §. 2. L. 2. §. 2. L. 5. pr. L. 15. pr. ff. de precario, cap. 5. de gescript, in 6.

ea potestas revocandi videtur, tum ut cum laxamento quodam civili exerceatur, si intempestiva revocatione privilegiarius grave sentiret damnum, de quo judici arbitrandum est. k) Tum ut ante lapsum temporis, privilegio forte adiecti, revocatio haud procedat, praecipue cum pacto enixa voluntas ante definitum tempus non recedendi a precario declarata sit, adeoque jus romanum l) hac parte non valere maximae autoritatis viri defendant. m) Accedit denique justa causa si res publica revocationem suadeat, in cuius detrimentum mutato forie rerum statu privilegium vergeret, e. g. si ponamus immunitatem certo cuidam ordini vel collegio esse concessum. Quod si contingat, oneribus nimium gravari caeteros ob illam immunitatem; quin privilegium hoc recte superior tollat dubitandum non est, praesertim si, qui immunes sunt, onera facilius ferre possint caeteris. Nimirum ab initio privilegium istiusmodi concedi caeteris non erat grave, ac sine noctumento Reipublicae concedi poterat; ast mutato rerum statu in detrimentum Reipublicae vergere potest, adeo ut sit tollendum. Similiter immunitas a milite praefidario urbi cuiam concessa tolli potest, si intersit Reipublicae, ne eadem illo destituatur.

#### §. XXIII.

- k) Arg. cap. un. X. de comnodat. ubi: *non decipi nos beneficio oportet, sed juvari.* LUD. MENCKEN System. jur. civ. lib. 43, tit. 26, §. 8,  
l) L. 12, ff. de precario ubi: *nulla vis est conventionis, qua precarium ad certum tempus concessum est, ut rem alienam domino invito poscidere liceat.*

m) STRYK de cautel. contract. Sect. II. cap. II. §. 4. Titri observat, Lauterb, 1100, LEYSER Sp. 510. med. 12, adde coroll. I. 2, 3,

## §. XXIII.

Dicitum fuit §. antecedente: privilegia *precario* concessa, pro lubitu revocari posse; sed quaelio haud facilis est, quaenam privilegia *precario* concessa reputemus? ea esse *precario* data, quibus inest clausula: *bis auf weitere Verfügung, oder Wohlgefallen*, nemo in dubium vocabit; verum quid de privilegijs gratis concessis sentendum sit, de eo varie insigni alias eruditione inclarecentes viros sentire videmus. Maxima enim JCtorum pars omnia privilegia personalia titulo lucrative impetrata in dubio *precario* concessis *familia* habent, adeoque pro lubitu revocabilia judicant. n) Attamen legum civilium verba non curate satis inspecta & pensitata, ut saepe alias, tantis viris fuerunt fraudi. Haeferunt, nisi nos omnia fallunt, in *Splendidis ULPIANI verbis*, quae Lex 2. §. 2. D. de *precario nobis servavit*: *Hoc interdictionem naturalem habet aequitatem: namque precarium revocare volenti competit: est enim natura aequum, tandem liberalitate mea uti, quamdiu ego velim, & ut possim revocare, cum mutaverim voluntatem; remque confidere videbantur, quae in §. 3. legitur: habere *precario* videtur, qui possessionem vel corporis vel juris adeptus ex hac solummodo causa, quod preces adhibuit & impetravit, ut sibi possidere aut uti liceat. Unde illi, ubi preces funduntur, ibi *precarium*. Movere poterat ita concludentes, aliquando etiam gratuita privilegia non*

n) *Jac. Frid. Lvndovici Doctrina Pandectarum lib. I. tit. 4. §. 11. MYLER de princip. & stat. imp. lib. 2. cap. 49. §. 10. RHETIUS institut. jur. publ. lib. II. tit. VII. §. 3. H. BOEHMER compend. Digestor, lib. I. tit. 4. §. 8.*

nōn dari ad preces, sed a benevolo principe offerri, imo aliquando  
obtrudi; sed & observari debebat, preces saepenumero etiam fundi  
in privilegiis pretio redimendis, neque tamen ideo eadē referri ad  
precarium. In viam denique reducere poterant verba inter istos  
duos ULPIANI: locos media: itaque quoniam quid precario rogatum est,  
& in L. 3. eod. ubi CAJUS veluti si me precario rogaveris, & in L. 4.  
quae rursus ULPIANI: in etiam rebus mobilibus precarii rogatio consistit,  
ex quibus adeo satis claret preces adhibitas in L. 3. §. 3. non alias  
fuisse, quam ut habere precario licet, quales etiam privilegii causa  
fusae, privilegium precarium efficiunt, in hunc modum non fusae, sed  
simpliciter adhibitae, simplicem ordinariamque, hoc est perpetuam  
privilegio pactoque beneficio naturam relinquunt. Reclius longe  
B. GUNDLINGIUS ratiocinatur: o) quod aliquid Doblores intransversum  
agit, ex intellecta notione gratias processit, itemque privilegii. Omine  
enim gratiosum mutationi arbitrariae censem obnoxium, quod perversum  
omnino est. Nam & gratuita libere quidem promittuntur, sed postquam  
promissa, valide sint servanda. Privilegia vero non ex omni latere leges  
sunt: accedit saepe aliquid pacti, quod utique jus dat adquirenti: impri-  
mis si cum onere id genus privilegii obligit civibus: An vero publicam  
ob utilitatem subrui iterum queant, ad controversiam iuris pertinet: quem-  
admodum nec ad rem facit, quando in poenam privilegia tolli posse cla-  
mitant. Quaeritur an tenere fieri istud possit, ac sine causa legitima,  
hoc est, rationi non congruentie, despota? Itaque rem cum GUND-

## LINGIO

o) Jur. Naturae & Gentium cap. XII. §. 45.

G



LINGIO facere non dubitamus, cuius vestigia quoque LEYSERVUS p)  
 & GEBAVERVS q) prefferunt. Etenim privilegium gratis, sive ad  
 preces, sive proprio motu, concessum semper in dubio qua species  
 donationis judicandum est, eamque princeps jure naturae aequa ac  
 alius priuatus servare obligatur. r) In quantum vero successor polleat  
 facultate privilegia Antecessorum revocandi, infra occasio opportuna  
 edifferendi fese offert, cum acturi sumus, quatenus morte conceden-  
 tis, privilegium exspiret.

#### §. XXIV.

Alia justa causa voluntaria, qua exspirat privilegium, posita  
 est in *renunciatione*, eaque vel expressa vel tacita, quae ex *non uſu*  
 accedente plerumque lapso certi temporis spatio colligitur. Nec ar-  
 tem callentibus ignarum est, hunc modum amittendi privilegium per  
*non uſum* certo tempore *continuantum* nomine *praescriptionis* venire.  
 Qua in materia summo in conflitu fuisse & veteres & adhuc esse  
 noviores eosque acutissimos JCtos, eorum scripta luculenter probant.  
 Optime, putamus, nos acturos, si hanc materiam in alias quae-  
 fiones resolvamus, singulamque speciatim perscrutemur.

Quaestio prima sit, an generatim permisum sit privilegio suo  
 renunciare? Altera, an ex non *usu* privilegii tacita renunciatio in-

duca-

p) Meditat, ad ff. Specim. 50. Meditat, 10. Volum. I.

q) Singular. de privilegiis §. 20.

r) Hugo Groc, *Jur. Bell. Et Pac.* lib. II. cap. XIV. §. 13.

ducatur, deinde tertia, quantum temporis ad tacitam renunciacionem ex non usu inducendam requiratur?

Quaestio prima simpliciter affirmari videtur, cum cuivis vi legis vicesimae nonae Cod. de pactis permisum est juri suo renunciare, s) sed verendum est, ne quandoque hoc principium fallat. Distinguere malum est ea *jura singularia* sive *specialia*, quae privilegiorum favorem unice respiciunt, exercitiisque ratione prorsus libera sunt, ab iis, quorum exercitium haud liberum est, cujusque somissio in tertii praetorij judicium facile vergere potest: priori casu obtinet locum regula vulgaris lege 29. Cod. de pactis prodita. Altero vero casu renunciacionem in tertii praetorij vergentem invalidam esse non sana ratio tantum, sed & ipsae leges comprobant. t) Sic inutilis est renunciatio respectu reliquorum, si membrum privilegio immunitatis a mortuario solvendo communitati patrimoniali jurisdictioni subjectae renunciaverit. v) Sic clericum etiam consentientem punire nequit potestas saecularis, eumque percutiens incurrit excommunicationem, w) religiosus exemptus privilegio exemptionis sine papae consensu sine effectu

G 2

renun-

s) Quod & jam approbatum L. 41. D. de minorib. capit. 6. X. de privilegiis.

t) L. 38. ff. de pactis.

v) Quod omnibus commune est, unius renunciatione interverti nequit H. BOEHMER Consultat. & Decision. Tom. III. Part. II. Decis. VII. num. 6.

w) Can. si quis suadente 17. 9. 4. LAIMANN lib. I. tract. 5. pag. 2. WIESTNER loc. cit. art. II. num. 23.

renunciat. x) Sic denique filius familias SCto Macedoniano in praecipuum patris non renunciare potest, y) adeo, ut ne iurata quidem renunciatio habeat effectum. z) Oblare quidem videtur regula: *omne juramentum est servandum, quod salva salute aeterna servari potest.* Sciendum vero est, eam regulam non procedere, quoties de tertii praecipicio simul agitur, quod & ipsi Pontifices in variis juris canonici locis aequum & bonum judicarunt. a)

### §. XXV.

Explanata quaestione; an generatiū juri suo renunciare liceat, progredimur ad alteram, nempe an ex *non usitato* privilegiū tacita renunciatio *praeiunctiva* colligenda sit. Praemonemus autem *non usitatum* pro natura privilegiū consistere partim in sola omissione exercitii, ut in privilegiis affirmativis, partim in contrario usu quo absolute accedit

x) Anton SÖLL tract. de privileg. Part. I. cap. II. §. III. num. 123.

y) H. BOEHMER compend. Digest. lib. 14. tit. 6. §. 11.

z) L. 7. §. 7. & 16. ff. de pastis. L. 5. Cod. de LL. ENGELBRECHT ad Dig. lib. 14. tit. 6. num. IX. HAHN ad *Weßenbecker*. lib. 14. tit. 6. num. III. in med. PUFENDORF obseruat. iur. univ. Tom. II. obseruat. 171. §. 1. BERGER oecon. iur. lib. III. tit. II. §. 2. MENCKEN system. iur. lib. 14. tit. 6. §. 10. VOET. commentar. ad ff. lib. 14. tit. 6. §. 10. LAVTERBACH Coll. theor. pract. lib. 14. tit. 6. §. 27. Dissentient tandem absque solida ratione CARPZOV Part. 3. Decis. 256. BRUNNEMANN ad L. ult. Cod. ad Sct. Macedon. WERNHER Part. 6. obs. 334.

a) Capit. 28. X. de iure iur. capit. 1. eod. in 6. capit. 2. de pastis. illusfr. Lud. BOEHMER compend. iur. canon. lib. III. sect. 1. tit. XI. 335.

53

cidit in privilegiis negatiis. Sed videamus, quid Doctores de ea sentiantur.

Quidam primum ponunt regulam: solo *non usus* non inducit renunciationem, nisi interveniat factum contradictorium. b) Ex horum sententia itaque privilegia sunt regulariter res merae facultatis, nullique obnoxia praescriptioni, nisi prius a parte alterius contradicatio intervenerit. Argumenta, quae hanc opinionem fulcunt, prostant haec: primum est, quod nec ipse privilegiarius *non utendo* praescribat contra se, nec alius contra ipsum, ideoque ex vi *non usus* non inducatur praescritio: quia non datur medium de privilegiario, patet; tum quia nemo potest contra se praescribere, cum praescritio ex natura sua includat habitudinem ad alterum; tum quia facultas *non utendi* non est materia praescriptionis, cum quilibet ex natura rei habeat hanc facultatem, neque hujusmodi facultates sunt materia praescriptionis. c) Sed 2) nec alius possit praescribere; tum quia in privilegiis non dicentibus ordinem ad alios usus, vel *non usus* nil interest aliorum, sed solius privilegiorum: tum quia praescritio supponit possessionem, alii vero nihil possident, quod praescribant; Denique non intelligatur amissum, quod oblatum alteri non est, d) sed qui non utitur privilegio nil offert alteri, neque actionem contra illum

G 3

exercet:

- b) Christian CLAPROTH Diff. de rebus merae facultatis §. 13. habit. Goetting. 1745. Carol. Frider. DIETERICH System. element. juris prudentiae civilis privatae Part. I, tit. I, Part. general. §. 19. p. 30.  
c) BALB. de praescript. I. num. 5.  
d) L. 20, ff. ex quib. caus. major.

exercet: ergo nec amittit privilegium propter aliquam alterius praescriptionem. Accedit praeterea, quod nec praescriptione extinguit a privativa privilegium exspiret, qua videlicet solum tollitur jus, licet alteri nihil adquiratur, ut sere contingit in juribus incorporalibus. Nam etiam in his praescribens possideat libertatem, aut exemptionem, & adquirat jus repugnans juri alteri, necesse est. Alterum argumentum sumunt a dominio, quod solo non usu non perit. Denique tertium ex arg. L. 2. §. 1. Dig. pro derelicto, quamdiu, licet non utens animum renunciandi habuerit, princeps revocationem nondum acceptaverit, non derelictum esse jus privilegii.

Alii J.Cti e) distriuen statuant inter privilegia novi quid indulgentia & inter ea, quibus id non impertitur. Illa praescribi, haec vero inpraescriptibilia censem.

Alii iterum distinguunt privilegia, quae in aliorum gravamen redundant, & inter illa, quae non redundant in aliorum gravamen, sed in mera facultate aliiquid agendi consiliunt, ut est penes Catholicos privilegium comedendi carnes in quadragesima, pro horis Canonici recitandi officium B. V. ex posteriorum non usu non induci renunciationem, bene autem ex priorum arbitrantur. f)

Denique

e) ESTOR opusc. de abusu rerum merae facultatis.

f) Anton SÖLL tract. de praescript. Part. I. cap. II. §. III. num. 128. PIRH. de privilegiis num. 176. WIESTNER ad tit. Decretal. de privileg. num. 94.

Denique alii pro regula, privilegia *non ius* praescribi, sumo  
mopere pugnant, eamque limitant in casibus, ubi manifesto constat,  
privilegium se habere ad instar rei merae facultatis.

Controversiae hujus decisio, e nostra sententia, sola ab eo  
pendet, an privilegia censu rerum merae facultatis habeantur. Nos  
non dubitamus a latere eorum stare, qui privilegia non res *meras*  
facultatis s. voluntatis esse defendant. Ratio confusonis JCtorum in  
ea quaerenda videtur, quod sibi nullam rei *merae voluntatis* ideam  
adaequatam formarint. g) Difficultatem quandam & nos in ejus  
exhibenda notione sentire haud negamus: tamen aliqua, arbitramur,  
ratione B. L. satisfactionem datus. In sensu primum philosophico in  
omni actione externa consideranda veniunt & *materiale* i.e. ipse actus  
*per se* consideratus & *formale* i.e. modus, quo peragitur actio. Actio  
ipsa, quae a mero nostro arbitrio pendet, *actus voluntatis s. facultatis*, & si simul quoad *formale* ceu *modum* nostro arbitrio relata est,  
*actus merae voluntatis, facultatis* ceu meri arbitrii, jusque ipsum in  
eum actum competens *res merae facultatis* appellatur. h) Utinque  
facilis idea rei merae facultatis in sensu philosophico est, Viri tamen  
iisque maximas alias autoritatis fato Daedali quoad notionem juridi-  
cam in labyrinthum duci visi sunt. Tempus ne recensendis variis  
rei merae facultatis definitionibus prostantibus teramus, earum cu-  
mulo

g) Cocceji Diff. de rebus merae facultatis. Estor de abusu rerum  
merae facult. late quidem de hac materia egit, sed definitionem  
adeo obscuram dedit, ut ipse eam nescire videatur.

h) Gottfr. ACHENWALL jur. natur. tit. 4. §. 49.

mulo optimam modo deponimus, quam B. HOMMEL i) exhibet: est, inquit, *res merae facultatis factum*, quod libertatem naturalem pro se habet — illud autem ait porro, factum *libertatem naturalem* pro se habet, si potestas agendi pro arbitrio, nec lege, nec conventione, nec privilegio est restricta. Videtur definitio haec totam rem exhaustire, sed accidere quoque potest, ut facultatis, quam ab alio conventione habemus, exercitium nihilominus a mero nostro arbitrio dependeat v. g. in emtione venditione sibi stipulari potest venditor *jus rem venditam reliundi quandoconque placuerit*, licet *jus reliundi ex speciali pacto originem trahat*, tamen hoc casu rem *merae facultatis esse* nec facile quis inficias ibit. Quod cum ita est, definiitionem malumus suppeditare hanc: quod res merae facultatis sit *jus*, cuius exercitium *quoad questionem an & quo modo? a mero nostro pendet arbitrio.* k)

Qua

i) In Rhapsod. in foro quotidie obvenientium Obs. 33.

k) Illustrandae definitioni rei merae facultatis in sensu juris sumtae inserviant causus sequentes: primus nempe sit hic: Parochiani Parochum suum per tempus immemoriale convivis nuptialibus & baptismalibus adhibuere, jam hoc omittunt. Parochus contendit hoc etiam pro futuro fieri debere. Convivio aliquem adhibere est factum, quod libertatem naturalem pro se habet, ergo est res merae facultatis, neque mutatur in obligationem perfectam. Alter causus sit: subdit per tempus immemoriale homagium non praesliterunt principi. Si jam recens id exigeret, cessare oportet exceptionem praecriptionis, cum *jus homagium exigendi in mero principis arbitrio est positum*. Secus vero, si jure VOGTIAE exigatur, hoc enim competit ex privilegio & speciem servitius involvit, ita decidit Revisorium Moguntinum in casu Altheim contra die Abtei Ammorbach.

Qua ex definitione fluit: actus merae facultatis esse 1) tum omnes actiones naturales, quies alteri nullum adquiritur emolumentum, ut ridere, sedere, ire, portare gladium etc. tum 2) omnes actiones ex dominio fluentes, ut vendere, donare, legare. Per se tamen intellegitur, eas actiones non debere vergere in tertii praejudicium. Denique 3) omnes actus, quibus quid adquirere intendo v. g. zythum, vel vinum ab hoc vel illo emere. Accedunt omnes actus, medianibus quies aliorum auxilio utimur vel cum vel sine aliqua reciproca praeestatione, ut molere, braxare aut coquere panem, ejusmodi generis alii actus.

Ex adverso non sunt actus merae facultatis, qui non a nostro arbitrio pendent, quo referuntur in dubio actus omnes conventione, ultima voluntate, legis dispositione determinati. Sic lege caueum est, tum ne quem in re mea quid agere diu patiar, ni servitutem agnoscer velim: tum ne in jure in re aliena competente, a domino contradicto, sub iactura juris longo tempore quiescam v. g. si decimis per tempus aliquod non in natura, sed alia praestatione solutis, decimatori eas ex post in natura exigendi contradictionem, & acquiescit spatio decem annorum, non amplius in natura debentur decimae. Denique praecriptum est lege, ne in actione movenda momram negatam.

Non possum non animadvertere, jura per se ut res merae facultatis considerata saepenumero mutari in res non merae facultatis, cuius ratio tum in lege, tum in pacto querenda est. Diximus an-

H

tea,

tea, vinum, zythum emere, a quounque velimus, esse actum merae facultatis — Nonnunquam tamen ob salutem publicam eiusmodi actus aliqua ratione limitari palam est. Simili modo jus molendi mutatur in obligationem perfectam, si molitori promittimus, perpetuo penes eum molituros.

Ex dictis, putamus, facile colligi, privilegia in dubio non esse res merae facultatis. Originem enim debent conventioni, adeoque jurium conventionalium numero, quae ratione exercitii quoad quaestione *an & quomodo?* regulariter a nostro arbitrio haud pendent, comprehendi dubio caret. Praeterea non uti privilegio est res principi minime indifferens, cum & ejus intersit legem, quam tulit, aequaliter ab omnibus servari. Nec quoque ignotum est, privilegia ratione tenoris quandoque involvere jus in re, uti est jurisdictio in fundo alieno, venatio concessa in sylvis principis patrimonialibus, quae revera servitutes sunt, absque omni dubio *non nullum*, aequae ac aliae servitutes, pereunt. Accedit & hoc, quod privilegium non involvens jus in re aliena, sed aliud jus speciale, ob actionem *confessoriam utilem* ejus intuitu competens, non res merae facultatis sit, cum actiones non sint perpetuae: I) tum quod privilegium detur ad sublevandam aliqualem privilegiorum indigentiam, sed non videatur indigere privilegio, qui eo per longum tempus non utitur. Postrema denique ratio ex ipsis Legibus sumenda est, quippe quae & renunciationem veram & praesumtivam agnoscunt. m) Cum ostendimus, privilegia non esse

I) L. 3. Cod. de praefcript. 30. vel 40. annor.

m) L. 1. de nundinis. cap. 6. & 15. X. de privileg.

59

esse res merae facultatis, nihil dubii amplius, arbitramur, superesse,  
qui ex non usū renunciationem veram sive presumptivam colligamus.

§. XXVI.

Transcendem jam est ad tertiam quæsitionem, quantum vide,  
licet temporis requiratur ad inducendam renunciationem ex non usū  
privilegii? Varie & hic Doctores sentire, eorum scripta obvolvens  
facile est animadversurus. Quæsitionem in duas subdividimus partes,  
nempe quantum temporis ad veram, & quantum ad presumptivam ta-  
citam renunciationem pertinere videatur. Ad primam facilis est re-  
sponsio, *directa* actualis renunciatio, sive verbis sive factis consistat,  
*una vice* tollit privilegium, nec de temporis lapsu ferme esse potest.  
Si itaque privilegium est negativum, unico actu ei *directe* & in *uni-  
versum* contrario totum exspirat. n) Neque interest, privilegium ad  
instar dispensationis se habeat, utrum intuitu plurium actuum successi-  
vorum competit. In illo per se omne cessat dubium, privilegium  
enim ad unicum modo actum concessum, ipso actu *directe* contrario su-  
cepto inutile redditur. Hic vero plus dubii habere videtur, cum  
obiici possit, per actum contrarium non esse renunciatum futuris rei-  
terabilibus, sed ad actum modo praesentem renunciationem esse re-  
stringendam. Sed dubium hoc vi dære responsionis prorsus evane-  
scit, quum supposuerimus actum privilegio *directe* & in *universum* con-

H 2

trarium,

n) L. ult. §. 2. Dig. de veteranis. argum. L. 2. Cod. de jure dominii  
imperrand. LAVTERBACH. Colleg. theoret. pract. Part. I. lib. I. tit. 4.  
§. 51. VOET. Commentar. ad Pandect. Tom. I. lib. I. tit. 4. §. 22.

transum, quo manifesta colligitur renunciatio. Nec desunt exempla illustrantia: veluti si corpori alicui seu collegio immunitatem praebenti affectus, sponte se alteri patiatur adscribi, tali, quo ipso jure definit collegii prioris membris annumerari & muneribus incipit reddi obnoxius, ita ait JCtus CALLISTRATVS L. 5. §. ult. Dig. de jure immunitat. Eos, qui in corporibus affecti sunt: quae immunitatem præbent naviculariorum, si honorem decurionatus agnoverint, compellendos subire publica munera, accepi: idque etiam confirmatum videtur Refr. pro Divi PERTINACIS. — Aliud exemplum ex jure Canonicô suppeditamus, si nempe capitulo cuidam esset indulsum privilegium, ne amplius teneatur eligere Episcopum, sed omnis jurisdictione episcopalis manere debeat penes capitulum, hoc privilegium cessat, quam primum Canonici privilegio contravenerint aliquem in Episcopum eligendo. o) Si vero privilegium quoad plures actus futuros sese extendat, nec non usus in actu ei directe & in universum contrario vel directe quidem, sed non in universum, ut fere omnibus in privilegiis negatis non utendo accidit, subsistat, stricissime admittenda est interpretatio, ita, ut pro praesenti actu modo sit renunciatum: p) etenim iuri sui renunciatio donationis speciem in se involvit, ac nemo in dubio praesumitur donare velle aut suum jactare. Quo sane consequitur, ut in casu singulari sponte faciens id, quod vii privilegii declinare potuerat, atque adeo unum actum celebrans a privilegio

o) Capit. g. X. de constitut. arg. L. 9. §. 1. Dig. de Decurion.

p) Arg. L. 2. & 3. Cod. de his, qui sponte mun. publ. arg. L. 5. §. ult. Dig. de jure immunit. LAVTERBACH loc. cit. VOET. loc. cit.

gio deviantem quidem, sed ei non directe & in universum contrarium, in casibus tamen postmodum emeritis suo non sit privilegio desituendus. Quid enim, si a vecigalibus aliquis impositonibus immunitatei adeptus, aut a muneribus personalibus vacationem, tributa semel sponte solva munusve subeat? durum sane fuerit, hanc inde praefunctionem concipi, quod immunitatis & excusationis beneficium sibi in perpetuum voluerit ademittit. Voluntariae sane tutae munera privilegiis nihil derogare ab imperatore GORDIANO constitutum, q) nec privilegium competens amitti, si quis, muneris publici vacationem habens, honorem aliquem sponte suscepere, & jus publicum paulisper laxaverit, patriae sua utilitatibus vel gloriae propriae ad tempus serviturus, r)

Quoad privilegia affirmativa: vera actualis tacita renunciatio ex intermissione privilegii jure non facile arguitur, nisi forte intervallia ejusmodi factum tertii, quo acquiescens privilegiarius manifesto animum renunciandi declaravit.

Alia autem pars questionis nostrae est, quantum temporis ad inducendam praesumptivam renunciationem, aut quod idem est, ad praescriptionem privilegii requiratur, ea majoribus difficultatibus obnoxia est, siquidem nec ipsi JCTI solum, sed & ipsae leges sibi contrariari videantur. Legum tenorem hac in re prostantium inspi-

q) L. 12. Cod. de excusat. tutor.

r) L. 2. Cod. de his, qui sponte mun. publ. sub. Andr. GAIL. lib. 2<sup>a</sup> obs. 60. n. 10, 11, 12, MENOCH lib. 6. praefumt. 41. num. 1, & sqq.

cientes formamus hanc regulam generalem. Privilegia non usum amittuntur eodem tempore, quo & servitutes praescribuntur, ut in privilegiis saecularibus spatio decum vel viginti annorum, s) si singulis concessa sunt, & spatio 30. annorum in iis, quae personis moralibus jura minorum habentibus t) impertita sunt, in ecclesiasticis vero tempore quadraginta annorum praescriptio perficiatur. v) Argumenta pro primo casu sunt: tum L. I. ff. de nundinis, qua jus nundinarum privato concessum non utendo per decem annos amissum dicitur, quam legem haud continere jus quoddam singulare a Jureconsulto constitutum recte monuisse PUFENDORFIVM w) existimamus. Jureconsultorum tantum fuit jura interpretari, x) quae auctoritate constitue-

s) PUFENDORF Tom. III. observat. 188. §. 42. HEINECCIVS in Element. jur. civil. secundum ordinem Pandectar. §. 120. HARTLEBEN vol. I. specim. 3. med. 5. Observat. practic. ad LEYSERI Meditat. ad Digesta opus Tom. I. fascicul. I. Auctore Ernesto Augusto MILLERO Lips. 1786. observat. 51. H. BOEHMER compend. Digestor. lib. I. tit. 4. §. 13. SCHILTER ad Digest. Exercitat. I. Coroll. 16. PUFENDORF de privilegiis cap. I. §. 138. sq.

t) Arg. L. 3. Cod. de jure Reipubl. REINHARD Diss. de restitut. in integrum universitat. H. BOEHMER compend. Digest. lib. 50. tit. II. §. ult. ipse monet, privilegium v. g. nundinarum universitati non aequae, ac privato, praescribi.

v) Nov. 131. Auth. quas actiones Cod. de SS. eccles. capit. 15. X. de privilegiis.

w) Tom. III. obs. 188. §. 42.

x) §. 8. Institut. de jur. Nat. Gent. & civili.

constituentium id est principum, qui constitutiones dabant, introducebantur. y) Nihil igitur magis conveniens est dicere, quam JCtum in L. i. de nundinis ex generali juris ratione definitissimum; tum L. ult. & penult. Cod. de servitut. ubi servitutes non utendo per decem annos annulluntur, tam denique quoniam actio ad perfundendum jus privilegii est actio confessoria utilis, quam & iisdem ac confessoriis directam, temporis cancellis circumscripsit esse oportet. Accedit praeterea usus forensis nostram opinionem approbans. Pro secundo casu argumentum nec aliud est, quam personas morales habere jura minorum, ut his jura sua in triginta demum annis praescribuntur, z) ita & in illis idem jus indultum obtineat, necesse est. Pro tertio denique casu aperte militat capit. 15. X. de privilegiis, quo summus Pontifex ALEXANDER III. privilegium immunitatis a solvendis deēmis non usū quadraginta annorum amitti decrevit.

Dissentientes, quorum numero sunt viri siue maximaee autoritatis, a) indistincte in saecularibus, ni privilegia jus verae servitutis involvant, spatium triginta annorum admittentes, provocant tum ad legem tertiam Cod. de praescriptione 30. vel 40. annorum, tum ad capit.

y) L. 16. ff. de LL.

z) L. fin. in quib. caus. in integr. restitut. L. 3. Cod. quib. non objic. long. temp. prae script.

a) LEYSER medit. ad ff. specim. 12. coroll. 2. & specim. 457. medit. 7.

HELLFELDjurisprudent. forens. lib. I. tit. 4. §. 110. CRAMER obser vat. jur. univers. Tom. III. obs. 947. pag. 604. Ludov. BOEHMER prin cip. jur. canon. lib. II. sect. III. tit. 3. §. 222.

*capit. 6. X. de privileg.* sed quod pace tantorum virorum nihil tamen minus contrariam teneam opinionem, ratio in eo sita est, quod *Lege* 3. *Cod. cit.* non sermo sit de servitutibus, quibus similes aliqua ratione sunt privilegia ut *jura specialia* considerata, sed potius de actionibus personalibus. Deinde *capit. 6. X. de privilegiis* mentio duntaxat facta sit de privilegio *ecclesiastico*, adeoque ejus dispositio ad privilegia *Laicorum* non applicari potest, imo ipsum cit. capitulum ne in ecclesiastis ipsum habeat, quae *capitulo 15. X. eod. tit.* quadraginta annis praescribi dicuntur. Ambo capitula in *Contradictione* esse videntur, in sexto dicitur, privilegium monasterii praescribi 30 & in decimo quinto idem Pontifex Alexander III, decrevit, modo 40 annis praescribi. Me adeo imbecillem sentio, hanc tollere Antinomiam. Alii cum veteribus Canonistis opinati sunt, in *capitulo 6. Pontificem* respxisse ad antiquum jus, quo *jura ecclesiarum* 30 annis praescripta sunt. Alii citatum *capit. 6. inquit*, b) agere *proprie* de vera actuali renunciatione, & *capit. 15. de praesumptiva* seu *praescriptione*, nos, nisi fallimur, neutram sententiam adaequatam habemus, etenim prius non probabile est, Papam in *capitulo 6. respectum* habuisse ad jus antiquum, cum iam a *JUSTINIANO* & a *GREGORIO I.* triginta annorum praescriptioni suspecta fuerit quadragenaria; tum quod & idem Pontifex in *capit. 15.* similem sane continente casum, quadragenariam praescriptionem desideravit. Nec altera opinio calculum tenere videatur

b) BARBOS. de offic. Episcop. allegat. 26. n. 18. GONZALEZ in *capit. si de terra* 6. X. de privileg. num. 7. WIESTNER instit. jur. canon. Praelect. lib. V. tit. 33. art. 10. n. 54.

65

tur, quum casus in utroque capitulo propositi sibi omni modo similes sint. Nobis nil superesse videtur, quam ut Pontificem iuris novioris vel ignarum in primo casu fuisse, vel quod probabilius est, typographum commisisse errorem.

De caetero, ut *priuilegii affirmatiui prae scriptio legitima procedere possit*, requiritur, ut occasio eo utendi se se obtulerit; c) qua propter nobilis jurisdictionem criminis legi ob defectum delicti intra 50. annos non exercens, non privandus est jurisdictione privilegio competente; deinde ut privilegiarius in exercendo privilegio non impeditus fuerit, nota est vulgaris regula: *non valenti agere non currat prae scriptio*; d) denique ut privilegio haud inserta fuerit clausula: ut *& non utendo non expiret*, quod requisitum supervacaneum habemus; hoc enim casu privilegium rei merae facultatis ad instar se habere dicatur. e) Requirunt & quidam, ut renunciatio a principe sit acceptata; sed hoc nulla in lege constitutum est; qui enim non usitatur debito tempore suo jure, eidem renunciasse censendus est, & simul poena negligentiae locum tenet.

#### §. XXVII.

c) L. 34. §. 1. D. de servit. praed. urban. L. 35. eod. tit. GAIL lib. II. Observat. 60. num. 6. MEV. Part. II. Decis. I. RICHTER Part. II. Decis. 86.

d) R. I. de 1654. §. 172. cap. 10. X. de praescript. H. BOEHMER jur. ecclef. protest. lib. II. tit. 26. §. 47.

e) Exempla, queis privilegiis inserta est clausula: *nach Wilkühr brauchen congerere studuit PFEFFINGERVS in Vitriar. illustrat. Tom. III.*  
pag. 1248.

Explanatis causis voluntariis, ex quibus privilegium cessat, & ut ad necessarias nos vertamus, breve tempus, quo sumus inclusi, expostulat. Exspirat nempe I. manente privilegiū subiecto &c. ob *non usum*, ut quidam Jcti dicunt, sed nos hunc modum in causarum voluntariarum numerum §. antecedente retulimus. §. Ob veram intervenientem collisionem; cavendum omnino est, ne apparentem pro vera habeamus, ineptam ideo formemus applicationem juris. Nec in vastis commentariis, quod mirandum quoad hanc materiam solitum quid invenimus, omniaque systemata juris omni spe nos desiliunt. Operae saepe pretium habemus in hac enucleanda materia aliquantulum commorari, & non ingratum, credimus, acceptum iri, si de concursu privilegiorum iunctum capiamus.

Concursus privilegiorum est, si circa unum eundemque actum utraque pars privilegio munita est. Quo si simul utraque pars uti valet: concursus *compatibilis*, si lectus, *incompatibilis* ratione exercitii appellari potest. Collisio itaque est, dum exercitium privilegiorum circa eundem actum duobus competentium incompatibile habetur.

Practicabilis his ideis non adeo magna erit difficultas disjudi-  
candi, quid in *concurso* privilegiorum juris sit. Ponamus primum,  
privilegia esse *compatibilia*, quilibet exercet suum privilegium, v. g.  
studiosus in animo habet debiti causa consequendi convenire commi-  
titionem, uterque usitur privilegio seri academicie. Aut duo cives  
habent speciale privilegium, vi cuius practendere possunt, ut in pri-

ma instantia eoram cancellaria seu judicio aulico convenientur, jam si alter ab altero convenientius esset, privilegium exerceri posse in dubium sane vocabit nemo.

Ponamus porro quoque, privilegia esse *incompatibilia*, in quibus Doctores ad unum sere omnes sequi solent regulam a STRYKIO<sup>f)</sup> suppeditata: *privilegiatum contra nequum privilegiatum uti jure communni*, & statuunt simul tot exceptiones, ut tota sere regula iterum tollatur. Periculum autem in inquirendis melioribus regulis contra tot tantosque viros facere licet ab ingenio juvenis, qui Themidis labia modo osculatus est, longe alienam videatur, nihil tamen minus & id, quod de re sentio, proponere par erit. Quum privilegia generatim duplicitis generis sint, *strictè sic dicta & jura singularia*, unius cuiusque generis *proprias* esse regulas arbitramur. Quam ob rem inquirendum primum est, quid juris sit in collidentibus privilegiis in specie sic dictis. Duo modo casus hic occurtere possunt, unum nempe privilegium est *generalis* & alterum *speciale*, ubi valet regula: *speciale praefertur generali*, g) licet generalis haud faciat mentionem, nisi alias voluntas principis probari possit. Deinde utrumque est *generalis* vel *speciale*, si differunt ratione temporis, antiquius praefertur *posteriori*, h) si secus, in dubio utrumque quiescit, neutrum iob aequitatem

## I 2

f) Dissertat. de jure privilegiorum contra privilegiorum.

g) Capit. I. & 14. X. de Rescript.

h) Cap. 19. de Rescript.

tatem rationis vim habere potest, & hic obtinet regula communis  
privilegiatus contra aequum privilegiatum utitur jure communi. i)

Quod si *jura singulare* collidant, inspiciendum, unus litigantium an duplice jure singulari munitus sit, quo casu *simplex* vinculum cedit duplici, k) aut uterque *simplici* tantum gaudet jure, tunc, si *diversi* generis privilegia sint, fortius superat minus forte: fortius autem censetur, in quo major versatur utilitas, vel quod majori favore nimitur, l) vel ad cuius exemplum & alteri privilegium concessum est. m) Si vero ejusdem sint generis & roboris, tunc, qui de damno vitando certat, praeferuntur certanti de lucro captando, n) aut si

utrinque

i) Pone casum, duos studiosos habere privilegium, vi cuius in plateis aliis non tenentur cedere, jam si ipsi in eundo colliderent, jus commune & observantiam necessario sequi deberent.

k) Arg. §. 2. Inst. & L. pen. pr. Cod. de adoption. AUTH. itaque Cod. communia de successionibus. LEYSER Specim. 61, meditat. 6. exemplum adduxit de pia causa adversus fiscum petente in integrum restitutionem.

l) Privilegium aetatis fortius est privilegio sexus, femina apud creditorem minorem pro debitore inope fidejubens cadit suo beneficio SCti Vellejani L. 12. D. de minorib. Item minor contra SCtum Macedonianum filiosfamilias majori pecuniam mutuam dans ex capite aetatis restituitur. L. 3. §. 2. D. de SCto Macedon. L. 11. §. 7. D. de minor.

m) Sic minor contra ecclesiam in integrum restitutionem petens audiendus est, quoniam ecclesia privilegium suum ad exemplum tantum privilegii minoribus tributi accepit. LEYSER Specim. 61. Med. 4.

n) L. 34. D. de minor. LEYSER spec. cit. med. 7.

*utriusque ratio par est, ita, ut uterque damnum vitare velit, tunc melior est conditio innocentis, si unus est nocens & alter innocens; utroque autem nocente vel innocentem existente melior est conditio rei.* o) Quae nunc proposuimus principia, si observentur, haud difficile, putamus, fore in casu singulari determinare: quid in collisione privilegiorum aequum justumque esse debeat.

Nonnunquam occurunt casus, ubi privilegiorum collisione adesse videtur; cum tamen re accurate pensata omnis collisione, omnis que difficultas in decisione exulat. Nec abs re alienum est, unum alterumve exemplum illustrationis causa proponere. Ponamus mulierem fidejubere pro debitore *inope* apud mulierem creditricem, ecclesiam habere actionem adversus aliam, filium familias mutuam accepisse pecuniam a creditore *aequo* filiosfamilias, videtur sane hisce in casibus primo intuitu adesse collisione, quae tamen revera non adest; nec prohibetur mulier uti SCto Vellejano contra mulierem, p) nec filiusfamilias contra filiumfamilias SCto Macedoniano, nec prohibetur ecclesia uti praescriptione quadragenaria adversus ecclesiam, q) nec denique prohibetur reipublicae causa absens petere restitut: adversus alium *aequo* reipublicae causa absentem, si damni justi quid se passum fuisse probat. r)

## I 3

## Nec

o) L. 125. D. de R. jur. L. II. §. 6. 7. L. 34. pr. D. de minoribus,

LEYSER spec. cit. meditat. 8.

p) L. 5. Cod. ad SCt. Vellejan.

q) L. 6. & 8. X. de praescript. aliud.

r) L. fin. D. ex quib. caus. major.

Nec verus hic admitti potest concusus, quum in propositis casibus ex una parte modo privilegium adest, intuitu fidejussionis mulier qua rea habet exceptionem SCti Velleiani, mulier vero creditrix partes actoris sustinens ex sua parte nullum habet privilegium, cum non fidejussor est. Idem judicium in reliquis posterioribus casibus ferendum est. Inspiciendum itaque in omni apparente collisione est, utrum circa eundem actum uterque habeat simul privilegium, qui casus si deficiat, nullus revera habetur concursus, multoque minus collatio intelligitur.

### §. XXVIII.

Reperiuntur quoque causae necessariae finiendi privilegium ex subjecto & quidem prius in totum sublato, quo praecipue pertinet mors in persona vel concedentis vel accipientis privilegium contingens. Inquirendum hoc loco est, quatenus morte in persona concedentis contingente privilegia expirant. Respiendum ad modum concessionis, si enim princeps pro sua persona tantum privilegium concessit, absque omni dubio morte superveniente cessat. Si vero haud expresse ad vitae suae tempus privilegium impertitus fuerit, distinguere solent Doctores, utrum ad beneplacitum aut an simpli citer concessio facta fuerit; illo casu, putant, expirare privilegium, s)

s) Cave, existimes, privilegium ex mera gratia datum esse privilegium precario concessum. Plerumque solent principes in tribuendis Beneficiis adjicere clausulam ex speciali gratia, affectione, quin animus sit, precarii naturam ut privilegium habeat. BECKER Sammlung merckwürdiger Rechtsfälle Band 3. pag. 573.

non vero altero. Precarium, inquit, durat, quamdiu concedenti placet, placere autem defuncto principi nihil potest, quoniam cessat ejus voluntas, ideoque privilegium precastio concessum expirare videtur. Sed accuratius raciocinatur LEYSERVUS t) aliique Viri y) nostra aetate longe celeberrimi; Etenim respublica, cuius nomine princeps privilegium concedit, morte concedentis non simul perit; quod cum verum quamque verissimum sit, precarium non ante finitur, donec ipsa respublica vel ejus nomine successor futurus revocationem suscipiat. Nec leve praeterea est argumentum, quod ex jure civili suppeditamus. Constat nempe precarium a privato concessum durare, donec heredes concedentis revocaverint. Ita enim ULPIANUS in L. 8. §. 1. de precastio: quod a Titio, inquit, precastio quis rogavit, id etiam ab herede ejus precastio habere videtur, ergo & a caeteris successoribus habere quis precastio videtur. Idem & Labeo probat & adjicit, etiam, ignorat quis herede. Tamen videamur quale sit, si a me precastio rogaveris, & ego eam rem alienavero, an precarium duret re ad alium translata? & magis est, ut, si ille non revocet, possis interdicere, quos ab illo precastio habeas; non quasi a me. Idem sentit CELSUS in L. 12. §. 1. de precastio.

Quod attinet ad dissentientium argumenta, provocant & ad L. 4. locati & capit. 5. de Rescript. in 6. in utroque textu legimus precarium

an. t) MENTZ ad ss. specim. II. medit. 3.

v) GAIL lib. 2. obs. 60. n. 16. Baro ENENCERIUS de privileg. lib. 3. cap. 2. BERGER oeconom. jur. lib. I. tit. I. §. 25. RUMEL ad Aur. Bull. P. 2. Diff. 4. §. 14.

carium morte concedentis finiri. Evidem *Legem q. locat.* facilius removebimus, si eam ex L. 8. §. 1. & L. 12. §. 1. de precario sic explicemus, ut dicamus, concessionem ad beneplacitum tolli quidem morte, sed necessarium esse, ut accedat declaratio heredis, qua deficiente beneficium tacite continuatur. Verum cap. 5. de rescript. in 6. plus difficultatis habet, in quo solvendo multi jam laborarunt. Alii w) capitulum istud de levi ac incerta gratia accipiunt, quasi pontifices concessionem istam restringere velint tanquam ambitiosam, ut forte sub- & obreptitie impetratam. Alii x) restringunt capitulum illud ad Pontificum Romanorum regulas quae *cancellariae* vocantur, & morte constituentium semper exspirant. Omnia optima est BERGERI conciliatio ex ipsis capituli verbis desunta. Scilicet tunc, cum princeps vi auctoritatis & potestatis publicae, quae non moritur, alicui beneficium, adjecta precarii formula, tribuit, illud morte ejus non exspirat. At si apparet, eum ad suam tantum personam respexisse, atque adeo privatam quasi liberalitatem exercuisse, beneficium istud ad successorem in imperio plane non pertinet, sed morte concedentis, et si revocatio non accessit, tollitur.

### §. XXIX.

Dictum est §. praecedente, morte concedentis privilegium non semper simpliciter revocatum esse. Jam incidenter quaestionem expendere

w) ENENCKEL de privileg. lib. 3. cap. 2. n. 33. WIESTNER institut. jur. canon. Praelect. Lib. III. tit. 14. num. 10.

x) SCHILTER Exercit. ad ff. exercitat. I. §. 31.

y) *Oeconom. jur.* lib. I. tit. I. §. 25.

expendere licebit, nempe an successor in regno obligetur ad servanda p[ri]vilegia a defuncto indulta. Duplex in hac quaestione prostat sententia, alia affirmans, alia negans. Sciendum autem prius est, quod duplice sensu quis successor sit. Successor est vel *universalis* vel *singularis*, ille ex sola defuncti ultima voluntate succedit, inque eum & iura & obligationes a defuncto relieta transeunt, ejusmodi est heres testamentarius, paclitus, nec non ab intestato. *Singularis* successor est, qui in antecessoris jura quidem, sed non obligationes succedit, ejusmodi queis habetur, qui titulo singulari in jus antecessoris transit. Illum obligatum esse ad servanda beneficia a defuncto impetrata non dubitant; sed quoad successorem *singularem* dissentunt; Successio ipsa in regno semper est singularis, princeps enim *ecclesiasticus* titulo electionis & saecularis vel etiam titulo electionis, ut imperator imperii Germanici vel vi specialis paclii a populo cum primo acquirente initii. Potest cum hac singulari successione esse omnino conjuncta successio universalis in allodium vel ab ea omni modo separata, quod quaestionem nostram nec ullo modo variat. Qui enim tantum in allodium succedit, privilegia antecessoris nec diminuere nec augere, nec revocare valet, quoniam nulla gaudet potestate publica.

Argumenta eorum, qui successorem singularem in regno ab obligatione servandi privilegia ab antecessore principe indulta proflus liberum esse contendunt, deponita habent tum ex jure naturae, tum ex jure romano, tum ex jure feudal longobardico, tum ex jure canonico nec non denique ex jure Germanico. Quae ex jure naturae deponunt argumenta.

K

ta

ta sunt: pactum, licet eo privilegium concessum sit, ligare modo contrahentes, & non successorem. z) Deinde principem Germaniae succedere vel electione vel pacto hereditario a Republica cum primo adquirente finito, & non ex persona defuncti; adeoque antecessorem non posse obligare successorem. a) Accedit praeterea, inquit, quod resoluto imperio cessent, quae ex eo fluunt, resolutio enim jure concedentis resolvitur jus accipientis. b)

Argumenta ex jure Romano deducunt haec: constitutum est, ne alius alium obligatione oneret. c) deinde, si antecessor imperio suo abusus sit, crimen repetundarum successor habere potest, & damnum factum antecessoris passus ad damni reparationem agere non prohibetur. d) Ex jure canonico adducunt capit. fin. X. ne praelatrices vel ecclesias sub annuo censu concedant. e) Ex jure feudal

lon-

z) DRIES Institut. jurisprud. universal. Part. special. Sect. II. c. 3. §. 320.

a) HUBER tract. de jure civitatis lib. I. cap. 44, §. II. J. H. BOEHMER Introduct. in jus publ. univers. Part. special. lib. 3. cap. 4, §. II. pag. 360.

b) L. 16. 19. ff. quibus modis usufruct. vel usus amitt. L. 11. §. 1. quemadmod. servitut. amittant.

c) L. unic. Cod. ut nullus ex vicariis pro alienis vicariorum debitis tec-  
natur.

d) arg. L. 22. §. 1. ff. de adopt. STRYCK de expectativis in collect. disserrt. Tom. I. Obs. 25. cap. 6, §. 17. LEXSER de iniuritate & re-  
cto usu expectativarum §. 14. Tom. IV. specim. 279.

e) LUDW. ENGEL colleg. universal. jur. canon. lib. 3. tit. 8. §. 18.

longobardico hoc urgent argumentum idque fortissimum; agnatus non tenetur servare pacta defuncti, quae ille disposuit, immutare successori haud est prohibitum.

Denique ex iure Germanico urgent textus, ut lib. I. art. 9. Speculi Saxonici, ubi scribet auch einer, der sein Gut einem andern anstellen sol, dessen Sohn ist es nicht pflichtig aufzulassen, er habe es dann selber mit gelebt, oder Bürgen darvor gesetzt. Et cap. 55. jur. feud. saxon. legitur: *Der Mann ist auch nicht pflichtig seines Herrn Gelubd zu leisten, noch das Kind seines Vaters um sein Gut zu lösen.* Eadem verba utriusque capituli quoque verbotenus speculo svevico inserta inveneris cap. 98. & 139. §. 6. Ut vi horum textuum vasallus domini directi, filius patris promissa servare non tenetur, ita multo minus successor singularis, inquit, obligatur ad praestanda defuncti facta. Qui affirmativam tuerunt sententiam, his nituntur argumentis: 1) princeps est administrator imperii, & quidquid qua administrator agit, servare tenetur, successor occupat locum antecessoris administratoris, ergo etiam ab antecessore acta servet, summa dicitat aequitas. g) Nec

## K 2

plane

f) I. feudor. fit. 3. 9. 25. II. feudor. 26. & 35. II. feudor. 45. 57. 16. §. 17. 31. 37. 60. 77. 82. v. ZWIERLEIN Nebenstunden Tom. I. pag. 57. J. JACOB REINHARD von der Erbsfolge der Tüchter vor den Stamsvettern. cap. IV. ejusdem Ausführung ob und wie weit nach natürlichen und alten teutschen Rechten der Erbe schuldig sei des Erblässers Verpflichtung zu erfüllen in histor.-juristischen Abhandlung. Part. 2. obs. 14. pag. 387. GOTTHELF STRUVII Corpus histor. germ. Tom. I. period. 9. Sect. 2. pag. 537. HAFERLEINS vollständige Reichshistorie P. II. Period. 7. pag. 679.

g) PÜTTERS Beyträge zum Teutschen Staats und Fürstenrecht Tom. I. Abhandl. 9. STRUVII System. jur. civil. Tom. I. exercit. 24. §. 27.

plane ineptum videtur quoque argumentum analogicum ex L. 8. ff. de administrat. & pericul. tut. qua intuitu negotii cum tuteo qua tali initi pupillum aut tutorem convenire non prohiberis. 2) Successor est conservator autoritatis publicae, eamque omni, quo potest, modo augere, sed non diminuere debet. h) Quae quanta laesio fidei Reipublicae, si simpliciter verum esset, successorem jura ab antecessore reipublicae nomine constituta infringere & abolire posse. 3) Quidquid imperans *reduplicative* sumtus agit, sigilloque publico corroboravit, in utilitatem publicam factum praesumitur; ita in privilegio concessa utilitas publica promota praesumitur, quam ob rem successor privilegium in dubio servare tenetur, ipsique iuri naturae conveniens est, ne quis factio suo tertio praejudicium inferat. Nobis haec argumenta tanti roboris videantur, ut huic sententiae adscribere minime dubitemus.

## §. XXX.

b) STRUBEN Rechtliche Bedenken Band. I. Bed. 1. pag. 1. seqq. JOH. JACOB MOSER Gros. Staatsrecht Part. 24. lib. 8. c. 128. §. 37. p. 457. ejusd. Persönliches Staatsrecht der Teutschen Reichsstände lib. 2. cap. 10. §. 23. pag. 232. PFEFFINGER *Vitr. illustrat.* lib. II. tit. 17. §. 72. not. b. p. 1243.

i) JOH. PETER de LUDEWIG Diff. de obligatione success. in principatu cap. 4. §. 6. habit. Hall. 1714. GRÜBNER principia jurisprudentiae privatae illustrum lib. 3. c. 4. §. 3. J. H. BOEHMER Consultat. & Decision. Tom. I. Part. 2. Resp. 41. n. 23. PITTERS Rechtsfälle Tom. 2. Part. 2. Resp. 219. n. 38. WERNHER select. observat. forens. Tom. 3. Part. 4. obs. 30. v. CRAMER, a) observat. juris universi Tom. 2. obs. 516. b) In opuscul. Tom. IV. pag. 692. & 410. c) Wetzlar. Nebenstunden Part. 20. obs. 6. n. 11. pag. 11. seqq.

## §. XXX.

Dissentientium itaque argumenta non multum stringunt, nec eorum refutatio multum facit negotium. Quoad argumenta ex jure Naturae desumpta respondemus, verum quidem esse, quod pacta pacientes obligent, sed ut eorum successores non sint obligati, pactum requiritur personalissimum, quod autem in dubio non praesumitur initum, sed reale potius habetur, quod omnino & heredes obligat. Nec stringit alterum argumentum, quod principes titulo singulari electione videlicet aut ex pacto cum primo adquirente inito succedant, quid enim princeps nomine territorii agit, & alter successor in prioris locum succedens servare debet. Neque porro ponderis quid habet tertium argumentum, quod imperium morte antecessoris cesset, cessat quidem in persona defuncti, sed in successore simul continuatur.

Quoad argumenta ex jure Romano, quod nemo cum damno alterius locupletior fieri debeat, respondemus, per privilegium tertio ius quaeustum suum nec admittitur, nec diminuitur, ergo tertius non habet, ut conqueratur. Deinde alterum argumentum quod antecessor inique agens finito officio conveniri queat, respicit formam Reipublicae Romanae, qua proconsul inique flatuens, finito officio suo, conveniri poterat, alia omnino est forma regiminis principum Germanorum.

Argumentum ex jure canonico depromtum nil nocet, qui enim unum habet beneficium, id ipsum non diutius, quam ipse vivit, in usumfructum concedere potest, & hic obtinet regula vulgaris, *resoluto jure concedentis resolvitur jus accipientis*. Princeps germaniae imperium suum sane non habet qua beneficium personale, magna est sane differentia inter beneficiarium ecclesiasticum & principem imperii habentem imperium.

L

Nec

Nec argumentum ex jure feudali longobardico desumptum locum tenet, agnatus *qua agnatus* in feudo succedens non semper tenetur praestare facta defuncti: sed quis somniabit principem imperii *qua agnatum* solum succedere in principatu, sed *qua princeps* succedit & antecessoris imperium adipiscitur.

Denique quod concernit jus speculi saxonici suevici & Allemannici, secundum quae medio aevo aequa ac hodie secundum corpus juris Romani, pronunciatum fuit in causis controversis, hic nullum obstaculum facit; Nam successor in principatu non praecise *qua agnatus* succedit, sed *qua princeps*, ergo cessat & argumentum ex his antiquis libris erutum, k)

### §. XXXI.

Quatenus morte in persona concedentis contingente privilegium expiret, demonstravimus, expendere superest, quatenus morte ipsius privilegiorum expiret. Regula communis Doctorum est, privilegia personalia non onerosa morte privilegiorum expirare. Quam tamen regulam suis limitationibus subjectam existimamus, si nempe sermo sit de privilegiis, ubi ipsius negotii qualitas satis ostendit, cum persona adquirentis illa finiri v. c. ubi privilegium ob artificium concessum, cuius heredes suat rudes, in his casibus omnibus, successores sese omnino a defuncti privilegio absinvent. Haec enim personam non egredi, manifestum est. Alia sane quaestio est, an princeps gratis benevolus privilegium, a quo nec literarum tenor, nec negotii natura successores arcet, mortuo primo adquidente, ejus liberis & heredibus usum

privi-

k) KETTELHOT Diff. de agnato in feudo citra consensum obligato habit. sub praesid. MOECKERT Goett. 1785.

privilegii ex hoc solo arguento negare possit, quod precibus & gratiis, non pretio sit obtentum? GAIUS l) ejusque sequaces affirmant quidem hanc quaestionem, ex rationibus, tum quod ejusmodi privilegia stricti juris sint, tum quod privilegia gratuita inducant omnia naturam precatii, adeoque non adsit contractus, ex quo praesumendum sit acquirentem primum & heredibus prospexisse. Sed has infirmas esse censeo rationes. Prima enim per se cessat, privilegia quoque onerosa sunt stricti juris, cum & aequae ac gratuita sunt legum privationes, sunt exceptiones a regula, ideo arcuus constringendae, quod nemo suum jactare, nemo facile liberalis esse, nemo a jure communi nimium discedere praesumitur. Ex quo sequitur, ut, si verum esset, privilegia gratuita expirare morte acquirentis, quoniam stricti juris sunt, ideo & onerosa cessare debeant, quod tamen non agnoscunt, nec itaque ea prima ratio adaequata haberi potest. Altera ratio, quod gratuita privilegia naturam praecarii habeant, vera non videtur, cum & alias quaevis donatio precarium esset, quod ipsi dissentientes non agnoscunt. Deinde gratuita concessio est aequae conventio ac onerosa, & ratio, quod in contractu oneroso paciens ex praesumpta affectione & successoribus prospexisse praesumitur, omnino & locum habet in patris gratuitis, est enim a naturali causa ista pro successoribus providentia, quae dubio procul non minus in iis, qui privilegia gratis consequuntur, quam in illis, qui pretio eadem redimunt, est praesumenda; neque enim homo, postquam non gratis beneficium est obtentum, ubi absque pretio aliud obtinere intendit, ante quidem quam

L 2

hoc

1) Lib. II, Observat. 2, n. 13, 14, 15.

hoc contingat, aut eo momento, quo privilegium impetrat, potest dici suam mutasse naturam, suos effectus, suam pro suis sane naturalem providentiam, exemplum sane illustrans sit hoc: princeps mera gratia pannos conficienti vendentique concedit immunitatem a vectigalibus a lanis exterorum invchendis alias solvendis. Hic in gentem lanae peregrinae vim convehit, operas multas cogit, instrumenta texatoria, tinctoria, fullonica parat, aedificia varia ad faciendum opus necessaria vel excitat vel conduit & instruit; nec male res procedit. Sed anno post rem coeptam hic pannifer moritur, filius, cuius opera pater vel maxime in insituenda regendaque negotiatione erat usus, nunc in opere pergere vult. Jam Princeps revocare vult privilegium patri concessum, ratione, quod non fuerit pretio redemptum. Hastu voces sapientis & justi principis dixeris? Omnia, e nostra mente, gratis data privilegia in dubio morte adquirentes non exstincta sunt, sed in successores non minus ac alia jura transeunt. m) Non negamus usum forensem tyrannum nobis obstare, quem tamen justi aequique moderatores in iis saltem privilegiis, quae salutem publicam simul promovent, restringere haud dubitant. n)

### §. XXXII.

Interitu rei totali privilegia expirare nec ull'a indiget' probatio, siquidem nullius entis nulla dantur praedicata. Nil hic monendum habemus, quam quod in natura subjecti, cui privilegium adhaeret, accurate inquiramus. Nonnunquam videtur primo intuitu

res

m) GEBAYER de privileg. §. 19.

n) H. BOEHER consultat. & Decis. Tom. III. Part. III. Resp. 908, n. 12.

res periuise, quae revera non tota perit, jus cauponariam exercendi, quod aedibus adhaeret, iis combustis non extinctum est, concernit & totum locum, quam ob rem modo quiescere dicendum est, donec iterum restituantur, ubi vivum exercitium iterum haberi potest.

§. XXXIII.

Subjecto denique privilegii amittente suam qualitatem, cuius intuitu id indulsum fuit, & ipsum privilegium cessare manifesto constat. o) Constat nimur bona ecclesiastica dotalia immunia esse a tributis ordinariis, jam ponamus ejusmodi fundum alienari in Laicum, in quo cessat favor ecclesiae competens, tunc ob cessantem qualitatem cessebunt privilegii immunitatis. Nobilis qua nobilis gaudet foro privilegiato, si ob poenam jure forte nobilitatis privetur, cessat & hoc privilegium. Nonnunquam privilegia dignitati adhaerent, quin respectus habeatur ad exercitium officii publici, hinc colligitur privilegium, licet quis officio suo renunciaverit, vel eo privatus sit, si tamen maneat dignitas, adhuc in futurum duraturum esse.

o) L. 191. de R. I. cap. fin. X. de V. S. H. BOEHMER compend. Digest. lib. 50. tit. 6. §. ult. Colleg. Jur. Argent. lib. 50. tit. 6. §. 23.

## COROLLARIA.

Querela inofficio*s* testamenti est species hereditatis petitionis.

Hereditate omisso inventario adita heres non tenetur ultra vires hereditarias legata exsolvere.

Omisso inventarii beneficio non privatur heres jure detrahendi trebellianam a restituendo fideicommisso universali.

Neglectio remedio protestationis Leg. 2. Cod. de annual. except. restitutio integrum adhuc locum tenet.

Actionem pignoratitiam facta denum solutione curvare incipere verior sententia est.

Judicent in alieno territorio testamentum suscipientem nulliter agere natura rei monstrat, quum in alieno territorio privatius sit.

Prorogatione termini solutionis a creatore facta non liberatur fidei justor.

Hypothesa publica expressa non praefertur tacitae nisi prior ratione temporis sit.

Exulat in transactione remedium L. 2. Cod. de Rescind. vendit.

Leges 8. Cod. de revocandis donationibus extensivam interpretationem admittere probabilius habemus.

Göttingen, Diss., 1786-87





### Farbkarte #13



B.I.G.

DE  
PRIVILEGIORVM NATVRA 1787, 7a  
GENERATIM ET IN SPECIE

DE MODIS, QVIBVS FINIVNTVR VEL AMITVNTVR  
DISSERTATIO

Q V A M

CONSENTIENTE INCLYTO JVRECONSULTORVM ORDINE

P R O

S V M M I S I N V T R O Q V E J V R E H O N O R I B V S  
C A P E S S E N D I S

P V B L I C O E R V D I T O R V M E X A M I N I

D I E X V I . A P R I L I S M D C C L X X X V I I .

S V B M I T T I T

J O H . G E O R G . F R I D E R I C V S W A S M V T H  
G V S T R O A - M E G A P O L I T A N V S .

G O E T T I N G A E ,

T Y P I S H E N N . M A R T . G R A P E , A C A D . T Y P O G R .

